DE

ADIECTIVORUM GRAECORUM

-S- I- mo

IN -I-MO-, -Σ-I-MO- EXEUNTIUM VI, FORMA, ORIGINE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS KRAPOLS

RHENANUS.

LIPSIAE

TYPIS FRANKENSTEINI & WAGNERI

MDCCCLXXXVII.

C. Krapols

VITA.

Natus sum Carolus Krapols in oppido Rhenano Duelken anno h. s. LX. a. d. XIV. Kal. August. patre Gerhardo, Gertrude matre de gente Frantzen; alterum admodum puer, alteram ante hos duos annos morte amisi. Fidem profiteor catholicam. Literarum rudimentis imbutus postquam patriae meae progymnasium reale, quod dicitur, per complures annos frequentavi, gymnasii studia in urbe M. Gladbach absolvi. Itaque vere anni LXXXI. maturitatis testimonium adeptus, ut studiis philologicis operam navarem, Academiam Monasteriensem adii ibique per ter senos menses vv. ill. Hagemannum, Jacobium, Langenium, Lindnerum, Parmetium, Spieckerum, Stahlium, Storckium audivi. Tum Lipsiam me contuli perque sexies senos menses vv. ill. G. Curtio, Ecksteino, Hanssenio, Hildebrando, Hirzelio, Lipsio, Ribbeckio, Zarnckio operam dedi. Per annum proseminarii philologici Monasteriensis, per sex menses proseminarii Lipsiensis sodalis fui, per ter senos menses exercitationibus Thiudiscis Zarnckii et societati grammaticae Curtii atque Windischii socius eram adiunctus.

Magistris meis omnibus, imprimis G. Curtio, gratiam habeo maximam neque ulla unquam oblivio eorum bene in me meritorum memoriam delebit.

SUMMA.

PRAEFATIO.

Nominum formatio cum ceterarum linguarum, quae dicuntur, Indogermanicarum tum Graecae postquam per tempus longissimum neglecta fere iacuit, nostra tandem aetate ea, qua digna est, diligentia ac subtilitate perquiri coepta est, multaque hoc temporis spatio admodum brevi de variis, quae huc pertinent, rebus a viris doctis praeclarissime disputata et linguarum cognatarum comparatione sagacissime enucleata sunt. Tanta autem in rei novitate cum permulta etiam nunc caligine circumfusa esse nemo miretur, ego de adiectivorum Graecorum in *-ι-μο-*, *-σ-ι-μο-* exeuntium vi, origine, forma disputando conari, si quid huc conferre possem, in animum induxi. Etenim tantum abest, ut quantas haec quaestio habeat difficultates me fugiat, ut quamvis sententiam meam universam probatum iri sperem, multa ad liquidum confessumque perducere me posse diffidam et veteris Academiae ratione non tam quid verum certumque sit quam quid mihi verisimillimum videatur, exponere in animo habeam.

A. Quae sint variae de adiectivis Graecis in *-ι-μο-*, *-σ-ι-μο-* exeuntibus sententiae.

Adiectiva in *-ι-μο-*, *-σ-ι-μο-* cadentia quamquam a nullo adhuc ita, ut et in significationem et in formam eorum inquireret, pertractata esse video, tamen non omnino silentio praeterita sunt, variaeque de iis et antiquitatis et recentioris aetatis exstant sententiae. Atque antiqui quidem grammatici satis leviter de hac re disputantes aut solam significationem velut Thomas Mag. s. v. *ὠφέλιμον* aut formam illa neglecta exposuisse satis habent. Qua in re nec via nec ratione utuntur, sed quamlibet formam, si modo praebet similitudinem quandam, quaerunt quaesitamque his adiectivis subiciunt. Itaque cum exstat substantivum adiectivi stirpi respondens, hoc ab illo derivatum esse dicunt; sin autem cognatum

substantivum causa nescio qua ducti ad adiectivi formam non quadrare putant, iidem adiectivum ad ipsum verbum revocare haudquaquam dubitant velut voce *προςδοκία-* missa *προςδόκιμο-* a *προςδοκᾶν* ortum esse volunt. Cumque hoc modo adiectiva in *-ι-μο-* cadentia in nominum derivatorum ordinem delegent, adiectiva in *-σ-ι-μο-* exeuntia, quamvis significatione ab illis non differant, primaria esse consentiunt atque perpaucis exceptis ad futurum verborum referunt; cfr. Herodian. II. 248. Etym. Mag. p. 487. 26. Philem. Onomat. §. 92.

Quod contra virorum doctorum nostrae aetatis sententiae valde inter se dissident. Atque antiquorum rationem imprimis secutus est Lobeckius (path. prol. pag. 160 sqq.), nisi quod re accuratius explorata cum multa adiectiva ab utroque fonte abhorrere intellexisset, alia aliunde orta esse statuit eoque illam originis varietatem ab antiquis grammaticis laudatam etiam amplificavit. Itaque *θνήσιμο-*, *θνησιμαῖο-* ad adiectivum verbale *θνητό-* revocat, atque utrum *στάσιμο-*, *ἀποθέσιμο-* ad substantiva *στάσι-*, *ἀπόθεσι-* an ad adiectiva verbalia *στατό-*, *ἀπόθετο-* referenda sint, dubitari posse censet (cfr. path. prol. p. 163).

Jam Papium quamvis haec adiectiva ab ipsis verbis derivari posse non prorsus neget, tamen ad illam Lobeckii sententiam inclinare ex iis, quae Etymol. Wörterb. p. 140 dicit, facile perspicias.

Cui rationi, qua haec adiectiva a substantivis cognatis derivata esse censentur, primus Buttmannus obstitit ipsaque verba fontem eorum esse asseveravit Ausf. griech. Sprachl. II. 449.

Neque alia est sententia aut Krügeri (cfr. Griech. Sprachl. I. 204. § 41. A. 16) aut Kühneri, si quidem recte quid sibi velit perspectum habeo. (cfr. Ausf. Gram. I. 714 sqq.).

De significatione autem adiectivorum in *-σ-ι-μο-* desinentium breviter ille quidem sed satis bene disputavit H. Moiszisstzigius in quaestionibus, quas scripsit de adiectivis Graecis, quae dicuntur, verbalibus. Jahresbericht über das Königl. Kath. Gymnasium in Conitz 1844.

Atque ut ad doctissimos illos linguarum Indogermanicarum comparationis auctores transeamus, eandem sententiarum discrepantiam inter illos esse videmus. E quibus Boppius eo loco, qui est de suffixo -ma-, *-μο-*, horum adiectivorum mentionem non facit. Pottius autem Buttmanni sententiam comprobare mihi videtur, quippe qui suffixo -ma- *-μο-* tractato de hisce adiectivis nos ad illum, quem supra memoravi, locum illius libri grammatici remittat; cfr. Etymol. Forsch. II. 495. Wurzelwrtb. I, 516, 742.

At Schleicher (Compend, p. 395) suffixum *-ι-μο-*, *-σ-ι-μο-* secundarium esse vult, cuius in partes etiam cessit L. Meyer (cfr. Vgl. Gram. II, 621. sqq.) ita tamen, ut ex eo, quod (II, p.

297.) μόριμο-, φαίδιμο-, χάλιμο- formas primarias esse vult, eum ab initio quidem adiectiva in -ι-μο- exeuntia non esse derivata suspicatum esse, nesciam an recte concludas.

Qua ex sententiarum varietate, quamvis certe a nonnullis sint expromptae, satis id unum puto apparere, quam dubia sit res quamque difficilis ad disceptandum. Hanc difficultatem unaque rationem rei solvendae demonstrat G. Curtius in commentatione illa „de nominum Graecorum formatione“ scripta. Ubi cum quae essent, quibus nomina primaria a derivatis discernerentur exposuit, atque ι illud suffixorum -ικο-, -ινο- etc. in numero derivationis signorum habendum esse demonstravit, ad dubia nominum exempla pergens de adiectivis in -ιμο- exeuntibus dicit haec p. 5: „Adiectiva in ιμο-ς similiter fluctuant. Itaque num πόριμο-ς, γόνιμο-ς, τρόφιμο-ς, ἀοίδιμο-ς verbalia dicas, an cum κάλλιμο-ς, αἴσιμο-ς denominativa, dubitari licet. Accedit Sanscritae linguae auctoritas, quae adiectiva derivata in ima nobis praebet velut antima ab anta, finis, finalis. Quare fortasse omnia illa in denominativorum ordinem ex verbalibus, quo Buttmannus ea delegat, transferenda sunt. Atque hunc fere in modum ei, qui nominum Graecorum formationem maiore ambitu tractaturus est, singula, usum scriptorum reputanti cognatasque linguas conferenti consideranda esse videntur“; cfr. ibid. p. 18.

Cognitam igitur nunc habemus viam et rationem, quam nos in re tam difficili tamque abscondita sequamur. Quare primum nostras, si quas habemus, vires ad varias horum adiectivorum significationes extricandas conferamus.

B. De horum adiectivorum significatione.

I. De genere verbi.

Inter omnes viros doctos constat, suffixorum significationem a principio fuisse universam quandam et indefinitam. Qua de re scite G. Curtius (Zur Chronologie der indogerm. Spr. p. 40): „An eine Unterscheidung bestimmter Bedeutungskategorieen, wie sie sich in späteren Perioden ausbildeten, ist für die Entstehungszeit der primären Themenbildung gar nicht zu denken“. Quae suffixorum definitio sensim usu cotidiano dicendi exorta est, maximeque in linguis ipsis in certa significationum genera redacta sunt. Attamen tantum abest, ut inde ex eo tempore suffixorum vis fluctuare omnino desierit, ut usque ad nostram aetatem cum alia tum genus verbi non certis legibus circumscriptum distinguatur; cfr. Curtii de nom. Graec. form. p. 30. Quae cum ita sint, adiectiva Graeca, de quibus agitur, et ipsa

nunc activae nunc passivae significationis esse non mirabimur. Attamen passiva vi multo superari activam numero maiore adiectivorum profitendum est. Jam cum in multis et activa vis et passiva inesse soleat, nihilo minus sunt, quibus nisi aut haec aut illa non sit subiecta. Neque vero possum in hac re testem antiquum, qui cum alia tum duplex horum adiectivorum genus verbi perspectum habuit, Thomam Mag. silentio praeterire; recte enim ille s. v. *ὠφέλιμον· ὠφέλιμον τὸ ὠφέλειαν ἐμποιοῦν· τὰ γὰρ εἰς μος τὰ μέν εἰσιν ἐνεργητικὰ, οἷον ὠφέλιμον, τὰ δὲ παθητικὰ οἷον τρόφιμος ὁ τρεφόμενος ὑπό τινος.* Jam priusquam ad singula adiectiva hac ratione digerenda pergam, praefandum mihi videtur me nec adiectiva in *-ι-μο-* cadentia ab eis, quae in *-σ-ι-μο-* exeunt, quoniam utraque significatione nullo modo inter se differunt, distinguenda esse putasse et singulorum vim alio loco certis exemplis esse illustraturum.

a. Atque primum quidem ea adiectiva propono, quae passiva tantum significatione in literarum monumentis usurpantur; quorum esse numerum longe maximum iam supra dixi:
ἀγρεύσιμο-, παναοίδιμο- (*ἀείδω*), *ἀράσιμο-, ἐπ- κατ-* (Suid.), *ἁρπάγιμο-, ἁρπάλιμο-* (Hesych), *ἐπ- ἐπεις- συν- αγώγιμο-, συνάξιμο* (Eustath.), *αἱρέσιμο- ἐξ-, ἀκούσιμο-, ἀμφισβητήσιμο- ἀν-, ἀρδεύσιμο-* (Hesych.), *ἀρνήσιμο-, ἀρόσιμο-, ἀρώσιμο-, ἀρύσιμο-* (Schol. ad Nic. Alex. 584), *ἀρυτήσιμο-* (Anth. P.), *ἀφύξιμο-* (Nicand.), *ἀφύσιμο-* (idem Schol.), *βάσιμο- ἀνα- προς-, βόλιμο-* (Etym. M.) *δια- ἐκ- ἐμ- παρεμ- ὑπερ-, λιθοβολήσιμο-, λιθοβολίσιμο-* (Gregor. Cor.), *μεταβλήσιμο-* (Schol. ad Hesiod. Th. 89.), *βάψιμο-, βοηθήσιμο-, βρώσιμο-, γελάσιμο-, γεωργήσιμο-, παραγράψιμο-, δαίσιμο-* (Hesych.), *ἐπιδικάσιμο-, ἀπο- δια- ἐκ- ἐπι-δόσιμο-, δράσιμο-, ἀν- ἀφ-ἐφ-έσιμο-, ἐγέρσιμο-, ἐδώδιμο-, ἐρύσιμο-, ἑλκύσιμο-* (Phot.), *κατόχιμο-, κατοκώχιμο-, ὅλκιμο-, εὐόλκιμο-, ἑορτάσιμο-, ἐρείψιμο-* (*ἐρείπομαι*), *ζητήσιμο-ἐπι-, ζύγιμο* (?), *ἀπο- περι- ὑπεκ-* Corp.inscr.) *ὑπερ- θέσιμο-, θηράσιμο-, θηρεύσιμο-* (cfr. Steph.), *θερέσιμο-* = *θερίσιμο-* (Hesych.), *θρησκεύσιμο-, θύσιμο-ἐκ-, ἰάσιμο-, ἱερεύσιμο-, ἱππάσιμο-, ἱππεύσιμο-, καύσιμο-κατα-, κάμπιμο-, κατακρίσιμο-, ἀποκόψιμο-* (glossa), *προσκυνήσιμο-, ἐπι-κατα-λήψιμο-, καταλεύσιμο-, κρύφιμο-, λόγιμο-, λόπιμο-, λύσιμο-κατα-, μαστιγώσιμο-, ναυκληρώσιμο-, μίξιμο-* (Suid.), *μισθώσιμο-, μόριμο-, μόρσιμο-, ναυπηγήσιμο-, νεάσιμο-* (glossa.), *κατανεύσιμο-, ὁδεύσιμο- δι- παρ- περι-, οἰκήσιμο- ἐν- ἐξ-, ἐπόψιμο-, ὀπτήσιμο-, παιδοποιήσιμο-, περάσιμο-, πιέσιμο-* (glossa.), *πλόκιμο-, ἐμποίνιμο-, δια- ἀποπόμπιμο-, πότιμο-, πόσιμο-* (cfr. Steph.), *πράξιμο-, πράσιμο-, προβατεύσιμο-, προσδόκιμο-, προσδοκήσιμο-, ῥίψιμο- ἀπορρίψιμο-, σκόπιμο-, διασπάσιμο-* (cfr. Steph.), *σταυρώσιμο-, στεγάσιμο-,* (*ἐρέψιμος* Hesych.), *στοιβάσιμο-* (glossa), *δια-ὑπερ- τοξεύσιμο-,*

τρυγήσιμο-, τρώξιμο-, φωνεύσιμο-, φύρσιμο-, φυτεύσιμο-, παραχαράξιμο- (Suid.), *χάλιμο-, χρήσιμο-, ἀχρήσιμο-, παγχρήσιμο-, χρίσιμο-.*

b. His oppono ea, quae, quantum equidem scio, activae tantum sunt significationis; quorum est genus duplex distinguendum, unum eorum, quibus verba transitiva, alterum eorum, quibus intransitiva subiecta sunt.

α. Incipio ab illis:
ἀκέσιμο- (*ἀκέομαι*), *ἀλέξιμο-* (*ἀλέξω*), *ἄλκιμο-* (*ἀλέκω, ἀλαλκεῖν*), *κάρπιμο-, καρπώσιμο-* (*καρπόω*), *κουρεύσιμο-* (*κουρεύω*), *κρίσιμο-* (*κρίνω*), *ξυρήσιμο-* (*ξυρέω*), *ὀφέλλιμο-, ὀφέλσιμο-* (*ὀφέλλω*), *ὀνήσιμο-* (*ὀνίνημι*), *οὔλιμο-* (Hesych. *ὄλλυμι*), *παραπόμπιμο-* (*πέμπω.* Schol. Eurip. Med. 754), *πένθιμο-* (*πενθέω*), *φύσιμο-* (*φύω*), *ψύχιμο-* (*ψύχω*), *φόριμο-, ποτιφόριμο-* (Epich. *φέρω*), *ὠφέλιμο-, ἐπωφέλιμο-, ὠφελήσιμο-* (*ὠφελέω*), *κενώσιμο-* (*κενόω*).

β. Vim activam prae se ferunt ea adiectiva, quae ad verba revocanda sunt intransisiva:
δόκιμο- (*δοκέω*), *ἀ-, ἀπο-, εὐ-,* — *ἄνθιμο-* (a radice *ἀνθ*, cfr. Curtii Grdz. p. 730, *ἀνθέω*), *βακχεύσιμο-* (*βακχεύω*), *γερ-γέρ-ιμο-* (a radice gar, veterasco putresco cfr. gr. *γέρων, γερ-αιός, γραῦς* cfr. Grdz. p. 176) *ἔθιμο-* (*ἔθω* cfr. *τὸ εἰωθός*), *θανάσιμο-, θνήσιμο-, θανατήσιμο-, θνηξιμαῖο-, μάχιμο-* (*μάχομαι*), *μόνιμο-, ἐπι-, παρα-* (*μένω*), *νόστιμο-, ἀνόστιμο-, παλινόστιμο-,* (*νοστέω*), *παιπάλιμο-* (*παιπαλάω*), *πετάσιμο-* (*πέταμαι*), *πτήσιμο-, ἐπαναπτήσιμο- ἐκπετήσιμο-* (*πέτομαι*), *πτώσιμο-* (*πίπτω*), *στρατεύσιμο-, ἐκ-,* (*στρατεύω*), *φρόνιμο-, παραφρόνιμο-, παμφρόνιμο-* (*φρονέω*).

Jam verba transitiva nonnunquam eadem in usu sunt intransitivo cum in omnibus tum in singulis temporibus; unde fit, ut adiectiva ipsa illis respondentia vim intransitivam praebeant. Huc enim pertinet *νωμήσιμο-*, se movens, mobilis, cuius adiectivi significatio redit ad vim intransitivam verbi *νωμᾶν* se movere vel movere; cfr. Nicand. ap. Athen 9. p. 395 C. *οὐδέ μιν ἴρηκες νωμήσιμοι ἐξενέπονται.* Ad vim intransitivam verbi *φαίνεσθαι* (aor. *ἐφάνην*) revocandum est *φαίδιμο-* et *φάσιμο-* splendidus; cfr. *φασίμη κύλιξ*, calix splendidus; cfr. Etym. Mag. p. 789. 2. Phot. p. 642. 6.

c. Accedunt nonnulla adiectiva, quae vim activam et passivam una comprehendunt velut: *ἀγώγιμο-, ἐξαγώγιμο-, αἰδέσιμο-, ἀνύσιμο, ἀοίδιμο-, αὔξιμο-, βιώσιμο-, γόνιμο-,* (*ἐνδόσιμο-*), *παραδόσιμο-, ἐργάσιμο-, κούριμο-, λεύσιμο-, πλοΐμο-, πλωΐμο-, πόμπιμο-, πορεύσιμο-, πόριμο-, σπόριμο-, τρόφιμο-, φθόριμο-, φύξιμο-.*

Quam significationis varietatem cum multis exemplis ex literarum monumentis delibatis comprobare possim, nunc quidem hoc uno evicisse satis habeo, quod idem in eadem enuntiatione et vim activam et passivam una praebeat; etenim Callistr. stat. p. 906: *τὴν θηλὴν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ προςῆγε τὰς τροφίμους*

ἐπιστάζουσα πηγὰς τοῖς τροφίμοις, mammam labris eius admovebat alentem (almum) instillans fontem alendis (sc. labris).

Quin etiam sunt adiectiva, quibus ex similitudine verborum cognatorum et vis passiva et activa eaque cum transitiva tum intransitiva subiecta sit. Quo in numero referenda sunt adiectiva ἐνδόσιμο- et στάσιμο-. Itaque primum ἐνδόσιμο- id quod condonatur, attribuitur, (ἐνδίδοται) significat; cfr. Aristoph. Nub. 1200. διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ, ad quae Scholiasta: τῇ ἐνδοσίμῳ τριακοστῇ id est, die tricesimo, qui feriis addi solet; cfr. Teuffelium ad h. l. et A. Mommsenii Heortol. p. 302, 307; altera autem huius adiectivi vis est intransitiva, ut id, quod facile cedit, valeat (cfr. Thuc. III. 37 οἴκτῳ ἐνδιδόναι misericordiae cedere, indulgere); cfr. Dionys. de arte rhet. VIII. 15 οὕτω μὲν δὴ καὶ ἐνδόσιμα καὶ εὐδιάλυτα προτείνει. Plut. Mor. p. 131. οὐ γὰρ τοσοῦτον εὐτονίας ὑφαιρεῖ (sc. ἡ θερμολουσία) καὶ ῥώμης, ὅσον ὠφελεῖ πρὸς ὑγίειαν ἐνδόσιμα (τὰ σιτία) τῇ πέψει καὶ μαλακὰ παρέχουσα. Tum idem adiectivum nominis actionis vicem praestans vim activam indicationis vel eius, quod indicat, habet; itaque τὸ ἐνδόσιμον imprimis de numeri indicatione usurpatur atque idem quod ἔνδοσις valet; etenim Suidas s. v. ἐνδόσιμον· οἱ δὲ κελευσταὶ τοῖς ἐρέταις τὸ ἐνδόσιμον ἐνέδοσαν. Οἱ δὲ ἐπὶ τῇ ἐνδόσει ἀθρόοι τῷ ῥοθίῳ ἐπηλάλαξαν. Cfr. Aristot. rhet. III. 14. καὶ γὰρ οἱ αὐληταὶ ὅτι ἂν εὖ ἔχωσιν αὐλῆσαι, τοῦτο συνῆψαν τῷ ἐνδοσίμῳ. Cfr. Ps. Aristot. de mundo c. 6. Quoniam autem ab ἐνδοσίμῳ illo cantus aut remorum pulsus incipit, idem nomen in vim exordii, ansae abiit; cum igitur Aristoteles significationis primariae haud immemor ἵνα ὥσπερ ἐνδόσιμον γένηται τοῖς λόγοις (Polit. VIII. 5) dicat, liberius Arrianus Anab. I. 7, 8. ἐνδόσιμον παρέχειν εἰς ξύμβασιν et Julianus epist. 19. τὸ ἐνδόσιμον τῆς εἰς σὲ παρρησίας λαμβάνοντες.

Ac ne quis forte huius vocis vim activam miretur cognato substantivo in -σι- exeunti congruentem, commemoro ex Luc. Nigr. 26. τοῦ προσώπου τὸ αἰδέσιμον (pudor, cuius sedes est frons), ubi τὸ αἰδέσιμον idem valet atque αἴδεσις, commemoro τὸ στάσιμον; namque ut κομμός sua et propria vi planctum significans ad carmen flebile, quippe quod qui canerent, pectora plangere solerent, translatus est, utique carmina illa, quae dicuntur παρῳδός et ἐξῳδός, a motu chori appellata sunt, ita quin τὸ στάσιμον ab initio nihil aliud nisi statum chori significaverit, dubium esse non potest. Possum exempla huius generis et ex antiquitate et ex lingua Neograeca (cfr. τὸ στάλσιμο-, τὸ κρύψιμο-, τὸ πλέξιμο-, τὸ λούσιμο-, quorum significatio a στάλσι-, κρύψι-, πλέξι-, λοῦσι-, nihil distat) complura afferre; verum haec sufficere puto.

Jam ut ad huius adiectivi significationum varietatem pergam, στάσιμο- in usu est primum transitivo, ut aut id, quod collocat et sistit (ἵστησι) aut id, quod collocatur, significet; etenim vim

passivam huius vocis ostendit Lys. orat. X. 117 *τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι ἐφ' ὁπόσῳ ἂν βούληται ὁ δανείζων*, lex est, ut pecunia eo, quo velit is, qui dat, fenore collocari possit; eodem modo is, qui circumstari solet, *περιστάσιμος* appellatur; quare Timaeus ap. Athen. IV. p. 164. *Στρατόνικος ἐκέλευσε τὸν ἀπαίροντα τὸ ῥηθὲν ἀπαγγεῖλαι τῷ περὶ θηροπεπλουμανίας ὕβρεώς τε περιστάσιμον στοὰν ἔχοντι Πυθαγόρου πελάτῃ.*

Atque ut *ἵστημι* nonnunquam vim habet sistendi, sedandi (cfr. *ἣ ῥα μύλην στήσασα ἔπος φάτο* Hom. Od. XX. 111.), ita *στάσιμο-* significat id, quod sistit; cfr. Hippocr. p. 638. 18. *πρόσθετα στάσιμα αἵματος* pessuli sanguinem sistentes. Verum hae significationes huius adiectivi transitivae sunt rarissimae multoque superantur eiusdem usu intransitivo. Quo in genere cum *παραστάσιμος* in *πεμφθεὶς ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας χώρας παραστάσιμος* (missus ex Judaea ut se sisteret) Io. Malal. p. 256. 22. et in *παραστάσιμος ἀνηνέχθη εἰς Ῥώμην* Alex. de invent. cruciat. p. 11 c. in locum successerit participii praesentis *παριστάμενος*, adiectivum *στάσιμο-* plerumque vim intransitivam participii perfecti activi *ἑστηκότ-*, *ἑστῶτ-* habere solet; cfr. Poll. IV. 156. *στάσιμα ἀμετάθετα, ἀκίνητα, μόνιμα, ἑστηκότα.* Hippocr. p. 290. 6. *ὁ Φᾶσις στασιμώτατος τῶν ποταμῶν.* Xenoph. oecon. 20. 11. *ποία δὲ γῆ ἐν ὕδατι στασίμῳ οὐ κόπρος γίγνεται*; quod idem valet adiectivum verbale *στατό-*; cfr. Soph. Phil. 714. *λεύσσων ὅπου (εἴπου) γνοίη στατὸν εἰς ὕδωρ.* Diodor. XII. 58. *καὶ σχεῖν στατὸν ὕδωρ.*

Atque cum in his, quae adhuc attuli exemplis, significationis varietatem verbis cognatis comprehendi viderimus, insequentium adiectivorum vis verbis proximis latius patere videtur. Itaque *θανάσιμο-* cum in *ᾅδου θανασίμους οἰκήτορας* (Soph. Ai. 517) vim praebeat participii *τεθνεῶτας*, in *θανάσιμα φάρμακα* (Eurip. Jon. 616) et in *ὄλωλε θανασίμῳ πηδήματι* (Soph. Ai. 1033) eidem adiectivo vim transitivam adiectivi Latini mortifero-, nostri illius „tödlich" subesse nescio an facile credas. Eodem pertinet *ἰδάλιμο-*, quod a verbo intransitivo *ἰδίειν* alienatum in *ἰδάλιμον καῦμα* (Hesiod. op. 417) fervorem significare videtur facientem ut sudes.

Accedit, ut hoc genus formarum saepius eis substantivis apponatur, quae nec subiecta nec obiecta verborum adiectivis subiectorum eorumque actionis sint. Itaque haec adiectiva hac coniunctura proxime ad eorum significationem, quae *-ιο-* suffixo derivata sunt, vel ad Latina substantiva cum genitivo coniuncta vel ad vernacula substantiva composita accedere videntur. Huc pertinent multa adiectiva cum substantivo *ἡμέρα-* conexa velut *ἀμβλώσιμος ἡμέρα* (Maxim. Tyr.) pro *ἄμβλωμα*, *νόστιμον ἦμαρ* (Hom.) pro *νόστος*, *δικάσιμοι μῆνες* (Plat.) menses iudiciorum,

ἑβδομὰς προφωνήσιμος vel προςφωνήσιμος (Hieronymus) septimana, qua denuntiari solebat Quadragesimae, quae dicitur, initium, ἡμέρα σταυρώσιμος (Psell.) dies memoriae mortis Christi sacer; alia exempla sunt: ἁλώσιμος παιάν Aeschyl. Sept 635, ἁλώσιμος βάξις id. Agam. 10. carmen quod est de victoria, nuntius qui est de victoria, λεύσιμος δίκη (Eurip. Bacch. 356) poena lapidationis, πένθιμος κουρά (Eurip.) tonsus lugubris, πένθιμος ἐσθής (Athen.) vestis lugubris, φύξιμον ἄσυλον (Poll.) asylum, quo quis fugere potest, φεύξιμος βωμός (Plut.), καταφύξιμον ἄγαλμα (Plut.) alia. Quamobrem ne haec adiectiva significatione verbali eaque primitiva carere credas, commemorare iuvat eundem usum participiorum Letticorum praesentis passivi eodem suffixo formatorum: arami wérschi boves, quibus aratur (Pflugochsen), bráuzami, jájami si'rgi, equi ad vehendum, equitandum apti (Fahr-Reitpferde), plauja'ms laiks tempus, quo metitur (Erntezeit), édama istaba conclave, ubi editur (Speisezimmer), alia cfr. Bielensteini Die Lettische Spr. II. p. 190 sqq.; comparanda sunt etiam participia Thiudisca in „sitzende Lebensweise, schwindelnde Höhe, fallende Sucht", denique adiectiva verbalia Graeca θνητὰ ἔργα = θνητῶν ἔργα, Hesychii illud λευσίμου δίκης (Eurip. Bacch. 356) τῆς λιθοβολήτου τιμωρίας, — καιρός πορευτός (Polyb. I. 37. 10), μόρος ῥιπτός (Soph. Tr. 356) alia, quorum vim tritam, quamvis non ad haec substantiva quadret, tamen non mutatam esse manifestum est: iam adiectivorum θανάσιμο-, ἰδάλιμο- ceterorum vim primariam liberiore hac coniunctura minime inversam esse nemo non confitebitur.

II. De horum adiectivorum significationibus modorum.

Ex illis, quae adhuc de genere verbi disputavimus, duplicem vim et passivam et activam eamque cum transitivam tum intransitivam ex similitudine verborum cognatorum his formis subesse satis apparere puto. Quae omnia quamvis magni sint momenti, tamen plus earum valent significationes modorum atque eam ob causam, ne molesta repetitione longi essemus, singulorum adiectivorum vim ut hoc demum loco certis exemplis comprobaremus ex re esse nobis visum est. Atque tres potissimum modorum significationes illis subesse solent: veritatis, qua illud, quod aut factum est aut fit aut fieri solet, facultatis, qua id, quod fieri potest vel quod facile fit, necessitatis, qua id, quod faciendum est vel quod dignum est, ut fiat, significant. Quibus de potestatibus idem Thomas Magister omissa necessitate scite disputavit s. v. ὠφέλιμον · καὶ πάλιν τὰ μὲν αὐτῶν εἰσι δυνάμει, οἷον ἰάσιμος ὁ δυνάμενος ἰαθῆναι, τὰ δὲ ἐνεργείᾳ οἷον ἀοίδιμος ὁ ἀεὶ ᾀδόμενος καὶ ὑμνούμενος. His ex significationibus cum duae priores et ad genus verbi passivum et ad activum pertineant,

necessitatis et rarissima est et soli passivo devincta; quoniam autem complura adiectiva et in usu passivo et activo sunt, eadem forma et veritas et facultas et necessitas indicari potest. Jam harum significationum quae nativa atque principalis sit, quaerere iuvat. Atque primum quidem non a principio unamquamque illarum his adiectivis subiectam esse posse, satis liquet; quaerentibus autem nobis, ex quanam ceterarum utraque evaserit, ipsa philosophia „a posse ad esse non valere consequentiam“ monens ne a facultate ad veritatem, ut omittam necessitatem, procedamus interdicit. Atque quod legibus recte cogitandi praecipitur, id cum linguae cognatae tum sermo Graecus ipse confirmant. Etenim participia Lettica in -ma- exeuntia, quoniam easdem quas adiectiva Graeca praebent significationes, cum quae illis respondent Lituanica (participia) id, quod fit significare soleant, vim primariam esse veritatis docent. Quod necessitudine, quae linguae Lituanicae cum Lettica intercedit, quoniam hanc multis in rebus quasi sororem quandam natu minorem a communi matre, ut ita dicam, magis alienatam statum exhibere aliquanto recentiorem, inter viros doctos constat, mirum in modum comprobatur; cfr. Bielensteini Die Lett. Spr. II. p. 190 sqq. p. 215 sqq. I. p. 6, 7. Schleicheri Lit. Gramm. p. 98. 101. Die deutsche Spr.[3] p. 58. Accedit, quod Graeca adiectiva verbalia in *-το-* (*-τεο-*) exeuntia, quorum significationes varias ab his adiectivis nihil differre alio loco demonstrabimus, ab eadem vi veritatis, quam nativam esse linguarum cognatarum consensu evincitur, profecta eodem pervenerunt. Atque vis quidem facultatis quomodo sensim e veritate evadere coeperit, ad docendum imprimis idonea est lingua Latina, quippe cuius participia -to- suffixo formata, quamvis pleraque a facultatis notione aliena esse soleant, tamen ex parte praesertim particula in- praefixa non solum id, quod factum est, sed etiam id, quod fieri potest, significent. Itaque invictus non solum is, qui nondum victus est, sed etiam is, qui omnino vinci non potest, insopitus et is, qui non est sopitus, et is qui sopiri non potest velut ignis, (Claudiani rapt. Pros. 3. 401) nominatur. At vero has significationes tam arto vinculo inter se conexas atque aptas esse videbimus, ut si ad rem redierit disceptatio, utram cuique adiectivo quoque loco tribuas, ad diiudicandum futurum sit difficillimum. Quare quoniam vim veritatis a principio horum adiectivorum esse propriam apparet, de modorum significationibus disputaturus iusto iure inde initium capere mihi videor. Qua in re non possum discrimen aliud praeterire; quamvis enim hae formae id, quod adest quodque praesens est, significare soleant, tamen evenit, ut vim participii praeteriti, interdum ipsius futuri habere videantur; ita quidem ex verborum rerumque contextu et ordine concludatur nonnunquam necesse est. Transeo ad rem.

a. De vi veritatis:

α. Adiectiva, quae participii praeteriti vice funguntur:

εἰςαγώγιμος inductus,

Plut. Mor. p. 604. D. ex Eurip. Erechth. Ἡι πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ *ἐπακτὸς* ἄλλοθεν αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν *εἰςαγώγιμοι*. Primum nos quidem populus aliunde non inductus sed indigenae sumus, ceterae autem gentes tesserarum instar iactatae aliae ab aliis sunt inductae. Minus recte Xylandrum hunc locum sic convertisse puto: Primum nec inquilinus nos populus sumus sed indigenae natique in hoc adeo solo, cum ceterae urbes tesserarum instar citae aliis aliae cives mittant identidem. Neque enim iteratio actionis expressis verbis ut Latino illo „identidem" significata est et vox superior ἐπακτός, quae insequenti εἰςαγώγιμοι respondet, cum nisi praeteriti vim habere non possit, eandem significationem adiectivo εἰςαγώγιμοι tribuere nos cogit. Quod confirmatur aoristo διαφορηθεῖσαι, pro quo, si actionis crebra repetitio designaretur, participium praesentis passivi ponendum esset. Denique non hoc referebat, ab aliis civitatibus cives ad alias mitti identidem, cum hoc idem caderet ad Athenas urbem; immo vero Euripides ceterarum civitatium robur antiquum eo, ubi tunc habitaret, inductum esse, Atheniensium non item dicere voluit. Quo fit, ut ex ipsa sententia rem ita se habere appareat.

ἐξαγώγιμος, eductus, exactus,

Liban. vol. IV. p. 826. 21. Ἐγὼ δὲ μέχρις Ἑλλησπόντου καὶ τῶν τόπων τὴν εὐτυχίαν ἐξαγώγιμον ἀπέφηνα τῶν Ἀθηναίων. Hoc ἐξαγώγιμον in locum successisse participii ἐξηγμένην docet usus et sollemnis cum participiis coniunctio verborum sentiendi eorumque, quae his vi causativa respondent, δείκνυμι, φαίνω, ἀποφαίνω, ἐλέγχω, ἐξελέγχω, φωράω etc.

ἀοίδιμος cantatus,

Pind. Nem. III. 76. χαῖρε, φίλος, ἐγὼ τόδε τοι πέμπω μεμιγμένον μέλι λευκῷ σὺν γάλακτι, κιρναμένα δ' ἔερσ' ἀμφέπει, πόμ' ἀοίδιμον Αἰολῆσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν. Hisce verbis prosequens P. carmen modo cantatum ad amicum mittit, quod ut Nem. VII. 7., Isthm. V. initio cum potu exaequat. Quare recte Boeckhius hunc locum sic convertit: Ego tibi mitto hoc mel cum lacte mixtum, quod admixta spuma ambit, potum cantatum Aeoliis tibiis.

ἁρπάγιμος raptus,

Callim. hymn. Cer. 9. de Persephone rapta: ἁρπαγίμας ὅκ' ἄπυστα μετέστιχεν ἴχνια κώρας, cfr. Anth. Pal. VII. 186. 6. αὐτὸς ἐφ' ἁρπαγίμοις τερπόμενος λέχεσιν. Cumque adiectiva in -ιμαῖο- exeuntia pleniorem tantum formam pro -ιμο- sine magno

significationis discrimine exhibeant, quomodo in Bekkeri anecd. I. p. 5. grammaticus quidam ἁρπαγιμαῖο- interpretetur, apponi liceat: ἁρπαγιμαῖος ὁ δι᾽ ἔρωτα ἢ ἄλλην τινὰ πρόφασιν ἁρπασθείς.

ἐκβόλιμος abiectus,

Plut. Mor. 44. E. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε παντελῶς οὕτως ἐκβόλιμον εἶναι τὸν λέγοντα καὶ διημαρτημένον fieri enim posse negabant ut is, qui diceret, adeo esset abiectus et inscitiae tenebris circumfusus.

διαβόλιμος falso insimulatus,

Thom. Mag. p. 97. 14. διαβόλιμον Θουκυδίδης λέγει τὸ διαβεβλημένον· καὶ οὐ πάνυ διαβόλιμον ὂν ἀπὸ τῶν Μεγάρων τὴν Σαλαμῖνα παραπλεῖν· σὺ δὲ διαβεβλημένον λέγε. Ap. Thuc. VIII. 91. codicibus plerisque adversantibus nunc quidem διαβολὴ μόνον scribitur.

παρεμβόλιμος intrusus,

Phocas in descript. Palaest. ὁ νῦν παρεμβόλιμος Λατίνων ἐπίσκοπος episcopus ille Romanorum nunc intrusus.

γνώριμος notus, cognitus,

Demosth. III. Olynth. 34. Ἔσται γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος, rem cognitam habebitis; est autem haec vis huius vocis maxime usitata.

γόνιμος natus, editus,

Maneth. IV. 220. θηλυτέρους γονίμων παίδων ἰσομήτορας ἄνδρας, ubi παῖδες γόνιμοι sunt infantes modo nati; quod idem Dorvillio ad Charit. p. 564. placuisse videmus „viros effeminatos infantibus comparandos" convertenti; quare υἱὸς γόνιμος appellatur filius a iusta uxore editus et opponitur filio subdito, τῷ εἰςποιητῷ; cfr. Hesych.: γόνιμος· γνήσιος υἱὸς γεγονώς, ὁ οὐκ εἰςποιητός. Eodem spectat τὸ γόνιμον, res procreata vel opus; cfr. Longin. 31. 1. γόνιμον τόδ᾽ Ἀνακρέοντος.

διαδόσιμος pervulgatus,

Synes. epist. 58. p. 202. φήμη διαδόσιμος fama pervulgata; cfr. Niceph. Chon. Ann. p. 298. B. ἦν ἁπανταχῇ διαδόσιμος ὡς κατέστρεψε τὸν βίον.

παραδόσιμος traditus,

Polyb. XII. 5. 5. ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ὤκνησα καὶ λέγειν καὶ γράφειν, ὅτι τὴν ὑπ᾽ Ἀριστοτέλους παραδιδομένην ἱστορίαν περὶ τῆς ἀποικίας ἀληθινωτέραν εἶναι συμβαίνει τῆς ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης· σύνοιδα γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὁμολογοῦσιν, ὅτι παραδόσιμος αὐτοῖς ἐστιν αὕτη περὶ τῆς ἀποικίας φήμη παρὰ πατέρων, ἣν Ἀριστοτέλης εἴρηκεν οὐ Τίμαιος.

ἐργάσιμος cultus,

Xenoph. Cyrop. I. 4. 16. ἐκ τῶν λασίων τὰ θηρία ἐξελᾶν εἰς τὰ ἐργάσιμα καὶ εὐήλατα feras ex locis silvestribus in culta propellere, (quia haec) quae facile perequitari possunt; cfr. Theophr.

hist. plant. III. 8. 2. *ἀλλὰ τῷ μᾶλλον ἐν τοῖς ἐργασίμοις φύεσθαι, τὴν δὲ φηγὸν τραχὺ καὶ ἐν τοῖς ὀρεινοῖς.* Atque simillime Plin. hist. nat. XVI. 16.: Praeterea sunt aliquae silvestres aliae placidiores, quae culta obtinent, iam in montuosis planisque distant sapore.

ἐρείψιμος prostratus,

Eurip. Iph. T. 48. *πᾶν δ᾽ ἐρείψιμον στέγος βεβλημένον πρὸς οὖδας ἔδοξ᾽ εἰςιδεῖν,* videre mihi visa sum totam domum ruina lapsam, (et) humi prostratam.

θανάσιμος mortuus,

Soph. Ai. 517. *καὶ μητέρ᾽ ὠμὴ μοῖρα τὸν φύσαντά τε καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.* Cfr. Soph. Tyr. 959. *εὖ ἴσθ᾽ ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα.*

ἀποθέσιμος depositus,

Nicol. Damasc. ap. Joseph. antiqu. Jud. XXI. 7. 1. *ἀποθέσιμα μὲν οὖν χρήματα οὐχ εὗρε* res depositas non invenit.

περιθέσιμος circumdatus,

Joseph. XV. 8. 2. *τῶν δ᾽ ἐκβοησάντων ἀνθρώπων εἰκόνας ἐπιτάξας ἀφαιρεθῆναι τὸν περιθέσιμον κόσμον* illis hominum statuas clamantibus postquam ornatu circumdato eas exui iussit etc.

κατακρίσιμος condemnatus,

Arrian. peripl. mar. Erythr. p. 33. *χώρα ἐν ᾗ κολύμβησις τοῦ πινικοῦ ἐστιν, ὑπὸ δὲ κατακρισίμων κατεργάζεται* ab hominibus autem condemnatis colitur.

κλόπιμος surreptus,

Phocyl. 127. *φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην παραθήκην* noli recipere, quae furto ablata sunt.

κούριμος detonsus,

Aeschyl. Choeph. 180. *ἔπεμψε χαίτην κουρίμην χάριν πατρί* capillum detonsum patri dono misit; cfr. Eurip. El. 521. *εἰ χρῶμα ταὐτὸν κουρίμης ἔσται τριχός.* Soph. Tr. 279. *ἄρασσε κρᾶτα κούριμον.*

λεύσιμος in lapidatione iactus,

Eurip. Or. 50. *κυρία δ᾽ ἥδ᾽ ἡμέρα, ἐν ᾗ διοίσει ψῆφον Ἀργείων πόλις, εἰ χρὴ θανεῖν νὼ λευσίμῳ πετρώματι.*

μίξιμος mixtus, *παραχαράξιμος* male procusus, cfr. Suid. (s. v.) *ὑπόχαλκον δέ σου τὸ χρυσίον ἀντὶ τοῦ μίξιμον, παρακεκομμένον τὸ νόμισμα, παραχαράξιμον.*

μόριμος, μόρσιμος fato constitutus,

quae adiectiva inde ab Homero nisi participii perfecti passivi non habere vim, nemo literis Graecis imbutus ignorat.

ὀπτήσιμος tostus,

Eubulus ap. Athen. IX. p. 369. C. *ἡ δὲ ὀπτομένη, φησί, γογγυλὶς μᾶλλον πέττεται περιττότερον δὲ λεπτύνει. Ταύτης μνημονεύει* **Εὔβουλος** *ἐν Ἀγκυλίωνι οὕτως· ὀπτήσιμον γογγυλίδα ταυτηνὶ φέρω,* rapam hanc tibi trado tostam.

ἐξορισιμαῖος deportatus,
Hesych. *δηπορτάτος* (deportatus) *ἐξορισιμαῖος*.
πόμπιμος missus,
Soph. Tr. 872. *ὦ παῖδες, ὡς ἄρ᾽ ἧμιν οὐ σμικρῶν κακῶν ἦρξεν τὸ δῶρον Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον* quantorum nobis malorum causa exstitit donum illud Herculi missum! Quare recte scholiasta: *τὸ πόμπιμον τὸ πεμφθέν· λέγει δὲ τὸν χιτῶνα.*
ἀναπόμπιμος remissus,
Eustath. Il. p. 757. 17. *καταχρηστικῶς δὲ νῦν ἔφαμεν ἀναπόμπιμον. Κυρίως γὰρ τὰ ἀναπόμπιμα τὰ πεμφθέντα μὲν, αὖθις δὲ ἀναστραφέντα διὰ τὸ δυςαρεσθῆναι·* sic quidem E. ipse interpretatur, quae antecedunt: *εἴπερ ἀναπόμπιμον τὸ τοῦ ἐχθροῦ τὴν ἀρχὴν ἔθετο δῶρον.* Cfr. Diodor. XIV. 96. *τοὺς οἰκέτας ἀναπομπίμους τοῖς κυρίοις ἐποίησε,* servos dominis remissos fecit.
διαπόμπιμος transmissus,
Oppiani Cyn. III. 47. *ἔδρακον, οὐ πυθόμην κεῖνόν ποτε θῆρα δαφοινὸν, κοιρανικοῖς τ᾽ ἔμολε διαπόμπιμος ὀφθαλμοῖσι,* quod in editione Parisina Bucolicorum et Didacticorum sic conversum video: Vidi, non fando audivi, illam aliquando feram cruentam, imperatoriisque venit transmissa oculis.
πτώσιμος qui cecidit, ad internecionem redactus,
Aeschyl. Agam. 638. *ὅταν δ᾽ ἀπευκτὰ πήματ᾽ ἄγγελος πόλει στυγνῷ προσώπῳ π τ ω σ ί μ ο υ σ τ ρ α τ ο ῦ φέρῃ.*
στάσιμος, stans, constans, quamvis participio perfecti *ἑστηκότ-* respondeat, tamen ut hoc in participii praesentis vim abscessit; cfr. p. 7.
διατοξεύσιμος pervulgatus,
Nicet. Chon. Ann. p. 179. *καὶ πολλαχῇ ἐτίθει διατοξεύσιμον* multifariamque eam (fugam) reddidit pervulgatam.
τρόφιμος 1) altus, nutritus, 2) qui aluit, educavit,
Aristid. III. p. 53. 31. *τρόφιμον δὲ τὸν Τριπτόλεμόν φησι, ὃς υἱὸς ἦν Κελεοῦ ὑπὸ Δήμητρος τραφεὶς, ὡς ἐνταῦθα εἶπεν· δύο οὖν ἡ λέξις σημαίνει καὶ τὸν θρέψαντα καὶ τὸν τραφέντα· θρέψαντα τὸν δεσπότην ὡς παρὰ Μενάνδρῳ, τραφέντα δὲ ὡς ἐνταῦθα τὸν Τριπτόλεμον.* Cfr. Poll. III. 50. *τιτθὴ, τιθήνη, τροφὸς, τροφεὺς, οἷς οἱ τραφέντες τρόφιμοι.* Quod optime quadrat ad Jonem in templo educatum, de quo Eurip. Jon. 684. *πόθεν ὁ παῖς ὅδ᾽ ἀμφὶ ναοὺς σέθεν τρόφιμος ἐξέβα, γυναικῶν τίνος;* Participii activi vim *θρέψαντ-*non alienam esse nescio an putes ab hoc loco: *ἰὼ γᾶ, τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων,* Eurip. Tr. 1302. o terra, quae aluisti liberos meos; horum enim mortem lugens hanc vocem emittit Hecuba; attamen, quia hoc loco *τρόφιμε* substantivi vice fungitur, vis temporis non premenda esse videtur.

Ex his igitur exemplis id quidem mihi effici videtur, posse

haec adiectiva pro participiis praeteriti adhiberi saepiusque esse adhibita. Jam temporis perfecti vis proxime abest a praesentis; cum enim perfecto continuatio rei, quae ex perfecta actione profecta in praesenti manet, praesenti actio ipsa nunc manens significetur, in eo, quod utrumque quamvis diversum in modum spectat ad id, quod adest quodque praesens est, inter se tempora illa maxime convenire facile intellegitur.

Quo fit ut perfectum Graecum nonnunquam id, quod praesens est, (cfr. *κέκραγα, γέγωνα, μέμηκα, ἀκήκοα, τεθαύμακα*, alia) praesens id, quod perfectum est, significet. (cfr. *νικάω, ἡττάομαι, ἀδικέω, φεύγω, τίκτω, ἐλαύνω* Eurip. Suppl. 134, *φυτεύω* ibid. 985.) Quod idem cernitur in lingua Latina, ubi participia perfecti rato-, verito-, uso-, fiso-, diffiso-, solito- participiorum praesentis vice funguntur, (cfr. Meiringii Lat. Gram.[5] p. 331) neque a vernacula lingua abhorret; cfr. gelobt, ich werde gelobt, ich bin gelobt worden. Quare eadem adiectiva in *-ιμο- -σιμο-*exeuntia cum vi participii praeteriti significationem praesentis coniungere, non est cur miremur, praesertim cum a principio nulla iis subiecta sit vis temporis.

β. **Adiectiva, quae id quod fit vel fieri solet, designant.**

ἀγώγιμος 1) qui agitur, fertur, 2) qui fert,

Suid. s. v. *ἀγώγιμον: ἀγώγιμον καὶ ἀγώγιμος ἄγων, ἀγόμενος, φερόμενος, καὶ ἀγωγίμων φορτίων ἐμπορικῶν.* Bekk. anecd. p. 333. 16. *ἀγώγιμος· ἄγων, ἀγόμενος, ἀγωγίμων· φορτίων ἐμπορικῶν.* Thom. Mag. 16. 5. *ἀγώγιμα κάλλιον ἢ φορτία· εἰσὶ δ' ἀγώγιμα οὐ μόνον τὰ φορτία ἀλλὰ καὶ τὰ ἁπλῶς κομιζόμενα. Συνέσιος ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ· πολλαῖς ἴυγξι γενομένην ἀγώγιμον καὶ πάλιν ἐν ἐπιστολῇ· Τίνα τὰ ἀπὸ Πτολεμαίδος ἀγώγιμα*; cfr. Poll. VII. 8. cfr. Xenoph. An. V. 1. 16. *καὶ τὰ μὲν ἀγώγιμα, εἴ τι ἦγον, ἐξαιρούμενοι φύλακας καθίστασαν.* Cfr. Demosth. in Lacr. p. 920.

εἰςαγώγιμος qui importatur, importari solet,

Aristot. rhet. p. 1360 a. 12. *ἔτι δὲ περὶ τροφῆς, πόση δαπάνη ἱκανὴ τῇ πόλει καὶ ποία ἡ αὐτοῦ τε γιγνομένη καὶ εἰσαγώγιμος* iam de alimentis quantus sumptus civitati suppeditat cum eorum, quae hic nascuntur, tum quae importantur. Hoc igitur loco illud *εἰςαγώγιμος* participio superiori *αὐτοῦ γιγνομένη* prorsus respondere manifestum est; cfr. Aristot. pol. p. 1280 a. 38. oecon. p. 1345 b. 21.

ἐπεισαγώγιμος qui insuper importari solet. — Plat. de rep. p. 370. E. *ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, κατοικίσαι γε αὐτὴν τὴν πόλιν εἰς τοιοῦτον τόπον, οὗ ἐπεισαγωγίμων μὴ δεήσεται, σχεδόν τι ἀδύνατον.*

συναγώγιμος qui colligitur, collatione efficitur,

Athen. VIII. p. 365. B. C. *καλοῦσι δέ τινα (δεῖπνα) καὶ*

συναγώγιμα δεῖπνα ὡς Ἄλεξις ἐν Φιλοκάλῳ ἢ Νύμφαις· κατάκεισο, κἀκείνας κάλει· συναγώγιμον ποιῶμεν. Sunt igitur *δεῖπνα* illa *συναγώγιμα* cenae, ad quas suam quisque confert symbolam; cfr. Terent. Andr. I. 1. 61.

αἰδέσιμος pudens,

Suidas: *αἰδήμων· αἰδέσιμος.*

ἐξαιρέσιμος qui eximitur, eximi solitus, Aristot. oecon. p. 1351 b. 14. *φάσκων ταύταις ταῖς ἡμέραις οὔτε φυλακὴν αὐτοὺς οὐδεμίαν οὔτε πορείαν οὔτε δαπάνην ποιεῖσθαι τὰς ἐξαιρεσίμους λέγων.* Cfr. Cic. in. Verr. II. 52. Est consuetudo Siculorum ceterorumque Graecorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunaeque ratione ut nonnunquam, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem, quos illi *ἐξαιρεσίμους* dies nominant.

ἀλέξιμος qui defendit,

τὸ ἀλέξιμον id, quod defendit, defensorium, *ἀλέξημα*; cfr. Nicand. Ther. 702. *τὸ δέ τοι μέγ' ἀλέξιμον εἴη.*

ἀμφισβητήσιμος, de quo est controversia,

Xenoph. Hell. III. 5. 4. *οὐκ ἐς τὴν ἀμφισβητήσιμον ἀλλ' ἐς τὴν ὁμολογουμένην.*

ἀνύσιμος qui persequi, ad finem perducere solet. — Plut. C. Gracch. c. 6. *ὥστε καὶ τοὺς πάνυ μισοῦντας αὐτὸν καὶ δεδοικότας ἐκπλήττεσθαι τὸ διὰ πάντων ἀνύσιμον* ita quidem ut illi ipsi, qui eum odissent et timerent, id in eo admirarentur, quo omnia utique persequi soleret.

ἀρδεύσιμος qui irrigatur,

Hesych. *κατάῤῥυτα· ἀρδεύσιμα·* cfr. Eurip. Andr. 215. *εἰ δ' ἀμφὶ Θρῄκην χιόνι τὴν κατάῤῥυτον τύραννον ἔσχες ἄνδρ'*, si cui tyranno nupsisses in Thracia, quae nive irrigatur, vel irrigari solet.

ἀοίδιμος, qui canitur, cani solet, cfr. p. 10.

Hesych. *ἀοίδιμος, ἀείμνηστος, διαβόητος, ἀεὶ ᾀδόμενος, εὐκλεὴς ὀνομαστός.* — Suid. *ἀοίδιμος ὑμνητός.* Thom. Mag. p. 408. 9. *τὰ δ' ἐνεργείᾳ οἷον ἀοίδιμος ὁ ἀεὶ ᾀδόμενος καὶ ὑμνούμενος.* Cfr. Herod. II. 79. *τοῖσι ἄλλα τε ἐπάξιά ἐστι νόμιμα καὶ δὴ ἄεισμα ἕν ἐστι, Λίνος, ὅσπερ ἔν τε Φοινίκῃ ἀοίδιμός ἐστι καὶ ἐν Κύπρῳ καὶ ἄλλῃ* Linus, (nota illa nenia), qui in Phoenice etc. cani solet; quid sibi velit vox illa *ἀοίδιμος* in hac enuntiatione Herodotus ipse designat pergens: *φαίνονται δὲ ἀεί κοτε τοῦτον ἀείδοντες.*

ἀρόσιμος qui aratur, arari solet,

Theophr. de caus. plant. III. 2. 8. *καὶ περὶ τῆς ἀροσίμου δὲ καὶ σπερματουμένου ὁμοίως* et de agro eo, qui arari et de eo, qui conseri solet.

αὔξιμος, qui crescit,

Hippocr. p. 347. 19. *τοῦ σώματος ὄντος αὐξίμου* corpore crescente.

προβάσιμος procedens cfr. Dionys. Per. p. 30.

ἀναβόλιμος, qui differtur,

Hesych. *ἀναβόλιμοι δίκαι, αἳ διὰ περίστασιν εἰς ὑπέρθεσιν ἐμπίπτουσι*, sunt causae quae ob casum aliquem in aliud tempus differuntur.

ἐκβόλιμος qui eiicitur, eiectus,

Aristot. hist. anim. 575 a. 28. *ὅτι δ' ἂν ἔμπροσθεν ἐξενεχθῇ τῶν εἰρημένων χρόνων, ἐκβόλιμόν ἐστι καὶ οὐ θέλει ζῆν.*

ἐμβόλιμος, qui inseritur, insertus,

Herod. II. 4. *διὰ τρίτου ἔτεος ἐμβόλιμον μῆνα ἐμβάλλουσιν* tertio quoque anno mensem intercalarem inserunt.

ἐμβόλιμα sunt carmina tragoediae Graecae, quae quoniam non pertinent ad ipsam fabulam, extrinsecus inserta esse videntur; cfr. Aristol. poet. p. 1456 a. 30. *διὸ ἐμβόλιμα ᾄδουσι πρώτου ἄρξαντος Ἀγάθωνος τοῦ τοιούτου.*

ὑπερβόλιμος qui differtur,

δίκη ὑπερβόλιμος causa, quae differtur, cfr. Schol. ad. Aristoph. Vesp. 592. *μὴ γενέσθαι ὑπερβόλιμόν τινι ποιήσασθαι ἐπὶ τῶν γνωμῶν καὶ ψηφισμάτων.*

γεωργήσιμος qui colitur (ager), *ἔνια φυτὰ οὐκ ἐθέλει γίνεσθαι ἐν γεωργησίμῳ.* Aristot. probl. p. 924 a. 22.

γόνιμος qui procreat, cfr. p. 11.

Dio Chrysost. I. p. 161. *τὰ κακὰ δὲ ἀλλαχόθεν ὡς ἐξ ἑτέρας τινὸς πηγῆς ἔρχεται τῶν πλησίον οὔσης παρ' ἡμῖν, ὥςπερ ἐπὶ τοῦδε τοῦ ὕδατος τὸ μὲν σῶζον καὶ τρέφον καὶ γόνιμον ὄντως ἄνωθέν ποθεν ἐκ δαιμονίου τινὸς πηγῆς κάτεισι* etc; hic, quoniam participium praesentis activi radicis *γεν* (gan) fingi non poterat, *γόνιμον* in eius locum successisse superioribus participiis *σῶζον, τρέφον* evincitur. Plut Mor. 165. A. *ἔστι δὲ παρρησίας καὶ δι' αὐτὴν ἀληθείας γονιμώτατος*, (sc. *οἶνος*) vinum dicendi libertatem eoque veritatem procreare maxime solet; cfr. Theophr. fr. III. c. 6. 44. Eustath. op. p. 320. 20.

δόκιμος, probatus, spectatus, nobilis (*δοκῶν*);

Herod. I. 65. *Λυκούργου τῶν Σπαρτιητέων δοκίμου ἀνδρός*, III. 143. *ἐὼν ἐν τοῖσι ἀστοῖσι δόκιμος*, VII. 129. *ποταμῶν ἐς αὐτὴν καὶ ἄλλων συχνῶν ἐσβαλλόντων πέντε δὲ τῶν δοκίμων μάλιστα τῶνδε*, ex fluviis, qui in eam incidunt, praeclari quinque sunt hi. Aristoph. pac. 1028. *τόν γε σοφῇ δόκιμον φρενὶ πορίμῳ τε τόλμῃ*, qui quidem insignis est prudentia et audacia penetrabili. Paul. I. Cor. II. 19. *ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν*, qui sunt spectatae fidei, quorum fides spectata est. Qua a significatione adiectivi *δόκιμο-* ne hilum quidem differt participium *δοκοῦντ-*; cfr. Eurip. Hecub. 294. *λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει* hominum ignobilium et nobilium oratio eadem non valet idem. Tro 612. *ὁρῶ τὰ*

τῶν θεῶν ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ' ἄνω τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ' ἀπώλεσαν, Heracl. 895. τερπνὸν δέ τι καὶ φίλων ἆρ' εὐτυχίαν ἰδέσθαι τῶν πάρος οὐ δοκούντων. Cfr. quae annotavit Pflugkius ad Eurip. Hecub. 295.; similiter ἀδόκητο- et δοκοῦντ- inter se opposita sunt ap. Pind. Nem. VII. 30. Quae cum ita sint, adiectivo δόκιμο- verbum δοκεῖν, non, id quod Buttmannus et Rostus voluerunt, δέχεσθαι subiectum esse satis liquet.

ἐκδόσιμος qui locatur, locari solitus,

Athen. XV. p. 680 C. συνθηματιαῖοι στέφανοι, ἠργολαβημένοι καὶ ἐκδόσιμοι serta, quae locantur. Cfr. Poll. VII. 200.

ἐπιδόσιμος qui additur, adicitur,

Athen. IV. p. 141. B. ἄν τι λάβωσιν ἐπιδόσιμον, ἰχθὺν ἢ λαγὼν ἢ φάτταν, si quid eorum, quae adici solent, sive piscem sive leporem sive palumbum acceperint; τὸ ἐπιδόσιμον (sc. δεῖπνον) est cena, quam quis suo sumptu praebet aut id, quod a quopiam ad cenam communem ultro confertur. Cfr. Athen. VIII. p. 365 sqq.

παραδόσιμος 1) qui traditur, 2) qui tradit,

1) Polyb. VI. 54. 2. γνώριμος δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ παραδόσιμος τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἡ τῶν εὐεργετησάντων τὴν πατρίδα γίνεται δόξα, multitudini cognita est et liberis traditur gloria virorum de patria bene meritorum. Cfr. p. 11.

2) ibid. II. 10. 9. ἤπου γ' ἂν οὗτος δημοσίας ἀναγραφῆς ἐπιλαβόμενος ἢ παραδοσίμου στήλης παρεσιώπησεν.

εἴβιμος stillans,

Eustath. Od. p. 1471. 30. ἐκ δὲ τοῦ εἴβειν εἴβιμος ὁ στάζων. Cfr. eiusdem Il. p. 1336. 28. τοῦ δὲ εἴβειν καὶ ὄνομα παράγεται κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ Εἴβιμος.

ἐργάσιμος laborans, operarius,

Appiani hist. Rom. II. 3. 72. πλέον ἔχων τὸ ἐργάσιμον plus habens operariorum. Cfr. Orph. h. 77. 12. πάντα γὰρ ἐργάσιμον βίοτον θνητοῖσι πορίζεις. h. 59. 7. ἐργασίμου θρασύτητος.

κατόχιμος, qui capitur, captus,

Hesych. κατόχιμοι· κατεχόμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. (LXX. Lev. 25. 48)

κατοκώχιμος idem,

Synes. p. 62. B. μένουσι χρόνον ὑπόσυχνον τοῖς αὐλήμασι κατοκώχιμοι τουτέστι ἁλωτοί, manent aliquamdiu tibiarum cantu capti (κατεχόμενοι). Aristot. hist. anim. 572a. 32. οὕτω δὲ σφόδρα κατοκώχιμοι γίνονται τῷ πάθει, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτῶν κρατεῖν τοὺς βουκόλους.

θρησκεύσιμος qui religione quadam coli solet. — Euseb. H. E. VII. 13. ὅπως ἀπὸ τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωμεν.

κάμπιμος qui flectitur, flexus,

Eurip. Iph. T. 81. δρόμους πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.

κάρπιμος fructum ferens, frugifer (καρπῶν).

Theophr. hist. plant. III. 2. 1. πάντα δὲ κάρπιμα ἢ ἄκαρπα καὶ ἀείφυλλα ἢ φυλλοβόλα καὶ ἀνθοῦντα ἢ ἀνανθῆ. Cfr. I. 3. 5. καρποφόρα, ἄκαρπα, ἀνθοφόρα, ἀνανθῆ, ἀείφυλλα, φυλλοβόλα.

καρπώσιμος idem,

Athen. XI. p. 478. A. ἐξ οὗ τῶν θεῶν τὰ θαύματα καὶ καρπώσιμα γίνεσθαι ἐπὶ γῆς.

ὑπεκθέσιμος, qui deponitur,

ὑπεκθέσιμα sunt merces resque omnes, quae in alienae urbis emporio deponuntur, ea condicione, ut inde rursus exportentur. (Steph.). Cfr. tit. Cret. in C. J. II. p. 412. tit. 2556. 25. κατὰ θάλασσαν ἐώσας ἐξαγωγὰς τῶν ὑπεχθεσίμων.

ὑπερθέσιμος praetermitti solitus,

ὑπερθέσιμοι ἡμέραι sunt dies, qui ita praetermittuntur (ὑπερτιθέμεναι), ut illis non edatur, dies ieiunii. Euagr. H. E. I. 21. οἳ πολλάκις τὰς καλουμένας ὑπερθεσίμους ἡμέρας πράττουσι, διήμεροι καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκτελοῦντες.

ἀνέσιμος, qui remittitur, remissus,

ἀνέσιμον ἡμέραν scholiasta ad Thuc. VII. 73. intellegit ἑορτήν, id est dies, qui otio condonatur (ἄνετος).

ἀφέσιμος dimitti solitus,

Harpocr. s. v. **Κυρία ἐκκλησία· Τίνες** δὲ αἱ κύριαι ἐκκλησίαι Ἀριστοτέλης δεδήλωκεν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ λέγων τοὺς πρυτάνεις συνάγειν τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον τὴν μὲν βουλὴν ὁσημέραι πλὴν ἐάν τις ἀφέσιμος ᾖ; pro ἀφέσιμο- ἄφετο- usurpat Poll. VIII. 95. πρυτάνεις οὗτοι τὴν βουλὴν συνάγουσιν ὁσημέραι πλὴν ἂν τις ᾖ ἄφετος· est igitur ἡμέρα ἀφέσιμος dies nefastus, quo non cum populo agi licebat.

καύσιμος qui comburitur,

Theophr. h. pl. IV. 4. 2. ἐν γὰρ **Εὐεσπερίσι** τούτοις καυσίμοις χρῶνται. Cfr. Poll. VII. 109. τῶν δὲ ξύλων τὰ μὲν εἴποις ἂν ἐργάσιμα τὰ δὲ καύσιμα.

κενώσιμος qui purgat, purgativus,

τὸ κενώσιμον purgatio. Cfr. Nicet. Chon. Annal. p. 321. περὶ τὰ καθάρσια ἀεὶ στρέφεσθαι καὶ μηδέν τι πλέον τῶν κενωσίμων εἰδέναι. Suid. τὸ κενώσιμον τῆς ἰατρείας καὶ τὸ θεραπευτικόν.

κλόπιμος qui furari solet, furax, cfr. p. 12.

Anth. Plan. IV. 193. ἀλλοτρίων ἀπέχειν κλοπίμους χέρας.

κούριμος, tondens (tonsorius), cfr. p. 12. — Eurip. Or. 955. σίδαρον ἐπὶ κάρα τιθεῖσα κούριμον, ferrum tondens capiti admovens; magis haec mihi interpretatio ex poetarum dicendi genere esse videtur quam ferrum tonsorium Romanorum. Quod idem visum est Stanleyo. Cfr. Aeschyl. Choeph. 174. ed. Blomfield.

ἐπιλήψιμος, qui corripi solet,

Bekk. anecd. p. 255. 5. *ἐπίληπτον τὸν ἐπιλήψιμον τῷ τῆς σελήνης πάθει.*

μάχιμος qui pugnat, cuius est pugnare, cfr. p. 30.

Aristot. pol. p. 1268a. 39. *εἰ δ' ἕτεροί τινες ἔσονται τῶν τε τὰ ἴδια γεωργούντων καὶ μαχίμων*, ibid. 37. *οὐκ ἂν εἴη τὸ μάχιμον ἕτερον καὶ τὸ γεωργοῦν.* — *τὸ μάχιμον* pugna. Herod. II. 165. *ἀλλ' ἀνεῖνται ἐς τὸ μάχιμον·* cfr. ibid. II. 167. *καὶ μάλιστα τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους.*

μισθώσιμος qui elocatur, elocari solitus.

Alexis ap. Athen. IV. 164. sqq. *ὅπου γάρ ἐστι ὁ κέραμος μισθώσιμος ὁ τοῖς μαγείροις εὐθέως ἐξ ἑωθινοῦ ἕστηκεν ἐλθών* quae verba Schweighaeuser sic convertit: Nam ubi prostant vasa culinaria elocari solita coquis etc. Macho ap. Athen. p. 337. C. *κατάλυσιν οὐδαμοῦ μισθωσίμην δυνάμενος εὑρεῖν.* Demosth. p. 713. 4. *τῶν τὰ μισθώσιμα μισθουμένων.*

ναυκληρώσιμος qui elocatur,

ναυκληρώσιμοι στέγαι· τὰ πανδοκεῖα Hesych. tabernae, quae elocantur.

μόνιμος qui manet, manere solet,

Soph. Oed. T. 1322. *ἰὼ φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος*, quae scholiasta sic interpretatur: *περιπολῶν ἐμὲ καὶ περιμένων ἔτι.* Geopon. VI. 16. *μόνιμος καὶ βεβηκυῖα μάχη.*

παραμόνιμος qui permanere solet,

Xenoph. Mem. II. 4. 5. *ποῖον δ' ἀνδράποδον οὕτως εὔνουν καὶ παραμόνιμον ὡς φίλος χρηστός; τὸ παραμόνιμον* mansio militum. Const. de adm. imp. c. 29. *τοὺς ἀποστρεφομένους ἀπὸ τοῦ παραμονίμου.*

οἰκήσιμος qui habitatur, cfr. p. 31.

Poll. *οὐ μόνον δὲ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐστιν εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ τὸ πορνεῖον καὶ ἁπλῶς τὸ οἰκήσιμον.*

ἐξοικήσιμος, ἐνοικήσιμος idem,

Soph. Oed. Col. 26. Antig: *ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος ἦ μάθω μολοῦσά ποι;* verum qui sit hic locus visne perquiram accedens? ad quae Oed.: *ναί, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος*, percontare, filia, siquidem habitatur; refert Antig: *ἀλλ' ἔστι μὴν οἰκητός· οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ* atque profecto habitatur, puto autem nihil opus esse; nam video haud procul a nobis hunc hominem. Cfr. Nauckii adn., Moiszisstzigii quaest. p. 30. Scholiasta pro conspicuo illo *ἐξοικήσιμο-* ponit *ἐνοικήσιμο-*; cfr. *ἐξοικήσιμος ἀντὶ τοῦ ἐνοικήσιμος.*

ὀνήσιμος, qui usui est, utilis,

Soph. Ai. 665. *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.*

ὀφέλλιμος, ὀφέλσιμος, qui prodesse solet,

Oppiani Hal. 429. σιγὴ γὰρ πάσαις μὲν ὀφέλσιμος ἔπλετο θήραις. Callim. h. Apoll. 94. οὐ δὲ πόλει τόσ᾽ ἔνειμεν ὀφέλσιμα τόσα Κυρήνῃ.

καταπαύσιμος qui finem facit alicuius rei.

Gregor Naz. I. p. 699. diem solis appellat ἡμέραν καταπαύσιμον τῶν ἔργων i. e. diem finem operum facientem.

πένθιμος, qui luget, lugens,

Eurip. Suppl. 1056. ὡς οὐκ ἐπ᾽ ἀνδρὶ πένθιμος πρέπεις ὁρᾶν, non praebes speciem mulieris virum suum lugentis.

ποίνιμος qui punire solet,

Soph. Ai. 843. ἴτ᾽ ὦ ταχεῖαι ποίνιμοί τ᾽ Ἐρινύες γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ, quae scholiasta sic illustrat: ποίνιμοι τιμωροὶ, αἱ ἐκδικοῦσαι τοὺς ἀδικουμένους. Synes. ep. p. 115. C. δαίμοσι ποινίμοις.

ἐμποίνιμος qui punitur,

Stob. Flor. I. p. 439. ἀφροδίσιος γὰρ ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

πόμπιμος 1) qui mittitur, emittitur, cfr. p. 13.

Eurip. Hippol. 577. σὺ παρὰ κλῇθρα· σοὶ μέλει πομπίμα φάτις δωμάτων, ad quae scholiasta: σὺ παρὰ κλῇθρα ἵστασο· σοὶ γὰρ μέλει ἡ ἐκ τῶν οἴκων π ε μ π ο μ έ ν η βοὴ, ἐπειδὴ γὰρ καὶ σόν ἐστι τὸ πάθος, σοὶ ἐν φροντίδι ἔσται ἡ π ε μ π ο μ έ ν η φήμη ἐκ τῶν οἴκων.

2) qui mittit,

Eurip. Hec. 1290. καὶ γὰρ πνοὰς πρὸς οἶκον ἤδη τάσδε πομπίμους ὁρῶ namque ventos iam sentio domum nos prosequentes; scholiasta dicit: πομπίμους· ἀγωγοὺς, εὐφόρους. Cfr. Soph. Tr. 560. cfr. Eurip. Phoen. 984. π ό μ π ι μ ο ς ὁ δαίμων et Soph. Phil. 133. Ἑρμῆς δ᾽ ὁ π έ μ π ω ν δόλιος.

ἀναπόμπιμος qui remittitur,

Suid. ἀναπόμπιμα δῶρα τὰ ἀποστρεφόμενα.

ἀποπόμπιμος, qui amittitur, expellitur, expulsus.

Phil. I. 75. 48. τοῦ γὰρ φιλοπαθοῦς ἐστι κλῆρος ὄντως τὸ ἀποπόμπιμον πάθος.

διαπόμπιμος, qui (mare) transmittitur,

Diodor. II. 49. εἰς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διαπόμπιμον λιβανωτὸν ἀπ᾽ αὐτῆς αἱ ταύτης ἐσχατιαὶ φέρουσιν τῆς Ἀραβίας εὐδαίμονος.

πορεύσιμος, 1) qui mittit, transportat, cfr. p. 31. 2) qui proficisci solet.

1) Plut. mor. p. 86. E. τῆς θαλάττης τὸ ὕδωρ ἄποτόν ἐστι καὶ πονηρὸν, ἀλλ᾽ ἰχθῦς τρέφει καὶ πόμπιμόν ἐστι πάντη καὶ πορεύσιμον ὄχημα τοῖς κομιζομένοις, est autem (aqua marina) quasi vehiculum quoddam rebus navigantibus, quod quovis mittere et transportare (eas) possit. Vis activa horum adiectivorum eo probatur, quod mare ipsum non movetur loco sed facit, ut navigantia

moveantur et transportentur; confirmatur eadem praeterea loco simili ap. Eurip. Rhes. 350. *ἐπεί σε χρόνῳ Πιερὶς μάτηρ ὅ τε καλλιγέφυρος ποταμὸς πορεύει Στρυμών.* Cfr. Eurip. Tr. 1086. *ἐμὲ δὲ πόντιον σκάφος πορεύσει ἱππόβοτον Ἄργος·* hoc *πόντιον σκάφος* a Plutarcho nominatur *ὄχημα.*

2) Plat. Epinom. p. 981. D *ὅσα πορεύσιμα καὶ ὅσα μόνιμα.*

πλωΐμος qui vehitur, cfr. p. 31.

Hesych. *πλωΐμα τὰ πλῷ πεμπόμενα* sunt merces vel quaecumque navi vehuntur i. e. transportantur, ut nos dicimus „fahrendes Gut." Cfr. Suid. *πλωΐμος ἀνὴρ* interpretamento nullo adiecto.

πόριμος, praebens, (*πορίζων*, cfr. aor. def. *ἔπορον*), cfr. p. 32.

Aeschyl. Prom. 904. *ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα πόριμος*, bellum hoc nullum est, difficultates tantum praebens.

προςδόκιμος qui exspectatur,

Bekk. anecd. p. 61. 6. *προςδόκιμος ἀντὶ τοῦ ἐπίδοξος ἔλεγον·* cumque Phrynichus p. 154. dicat: *ἐπίδοξον τὸν προςδοκώμενον καὶ ἐλπιζόμενον ἐρεῖς, προςδόκιμο-* idem fere quod *προςδοκώμενο-* valere vimque necessitatis, quam Baehrus (ad Herod. I. 78) huic adiectivo tribuit, quaeque cum nostro „erwarten", coniungi solet, ab eo prorsus abesse dubito an mihi concedas. Herod. I. 78. *Τελμησσέες μέντοι τάδε ἔγνωσαν στρατὸν ἀλλόθροον προςδόκιμον εἶναι Κροίσῳ ἐπὶ τὴν χώρην*, alium a Croeso exspectari exercitum, non ut Baehrus convertit, exspectandum esse, quod ne Latinae quidem linguae respondere puto. — ibid. VIII. 20. *ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι.* Thuc. VII. 25. *τῶν Ἀθηναίων προςδοκίμων ἄλλῃ στρατιᾷ·* Demosth. *δύναμιν μεγάλην ἔχων ἐστὶ προςδόκιμος.*

σπόριμος qui conseritur, qui seritur, cfr. p. 32.

Theophr. h. pl. VI. 5. 4. *ἐν τῇ σπορίμῳ καὶ γεωργουμένῳ.* Ut *ἡ οἰκουμένη* terra, quae ab hominibus incolitur, sic *ἡ σπόριμος* ea, quae conseri solet, appellatur; cfr. Xenoph. Hell. III. 2. 10. *καὶ ἐποίησαν πολλὴν δὲ κἀγαθὴν σπόριμον* (Saatland.). Dionys. Hal. antiqu. R. VI. 17. *οὐ μόνον τὴν σπόριμον ἀλλὰ καὶ τὴν δενδροφόρον.* Cfr. *σπόριμον* sementium, *σπόριμα* sationes, sata, segetes (glossa).

στάσιμος qui collocatur,

Poll. I. 126. *στάσιμα δὲ τὰ σταθμία Κηφισόδωρος κέκληκεν*, sunt pondera, quae in trutina ponuntur (*ἵστανται*). Poll. VIII. 21. 1. *ἕλκειν τὸ τῆς πράξεως στάσιμον.*

στάσιμος sistens cfr. p. 7.

παραστάσιμος se sistens cfr. p. 24.

περιστάσιμος circumdari solitus, cfr. p. 7.

τρόφιμος 1) qui alit, almus, alibilis, herus, cfr. p. 13.

Callistr. stat. p. 906. *τὴν θηλὴν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ προςῆγε τὰς τροφίμους ἐπιστάζουσα πηγὰς τοῖς τροφίμοις* cfr. p. 5.

Aristot. hist. anim. p. 937a. 17. *διὰ τί ἡ ἐκ τοῦ πυροῦ τροφὴ μᾶλλον τρόφιμος ἢ ἡ ἐκ τῶν κριθῶν*; p. 523a. 11. *γάλα τροφιμώτατον τὸ πλεῖστον ἔχον τυρόν·* cfr. Varro de re rust. II. 11. 2. lac est omnium rerum, quas cibi causa capimus, maxime alibile; *τρόφιμος* herus nominatur, quippe cuius sit, eos qui sunt in ipsius manu ac potestate, alere; cfr. Aristid. III. 53. *θρέψαντα τὸν δεσπότην ὡς παρὰ Μενάνδρῳ* (cfr. p. 13). Hesych. *τρόφιμον ὃν ἡμεῖς δεσπόσυνον.* Poll. III. 73. *δεσπότης, κεκτημένος, ἐωνημένος, πριάμενος· καὶ ὁ νεώτερος δεσπότης καὶ τρόφιμος.* Eodem modo mater *τροφίμη* appellatur; cfr. Hesych. *τροφίμη δέσποινα ἢ μήτηρ.* Poll. III. 73. *δέσποινα δεσπόζουσα, κεκτημένη, ἐωνημένη, πριαμένη, τροφίμη.*

2) qui alitur, alumnus,

Thom. Mag. s. v. *ὠφέλιμον· τὰ δὲ παθητικὰ οἷον τρόφιμος ὁ τρεφόμενος ὑπό τινος.* Aelian. de nat. anim. XI. 13. *τρόφιμοι κύνες* canes domestici, qui ab hero aluntur; *τρόφιμος* etiam dicitur filius herilis ut is, qui a patre alitur; cfr. Aristid. III. 53. *τρόφιμον δὲ τὸν Τριπτόλεμόν φησι, ὃς ἦν υἱὸς Κελεοῦ ὑπὸ Δήμητρος τραφείς, ὡς ἐνταῦθα εἶπεν.* Plat. pol. p. 272. B. *οἱ τρόφιμοι τοῦ Κρόνου* liberi Saturni. Donat. ad. Terent. Phorm. I. 1. 5. herilem filium *τρόφιμον* Graeci dicunt et haud scio an Romani alumnum dicere possint. Denique eodem nomine alumnus vel discipulus significatur; Plat. de leg. 804. A. *ταὐτὸν δὴ καὶ τοὺς ἡμετέρους τροφίμους δεῖ διανοουμένους τὰ μὲν εἰρημένα ἀποχρώντως νομίζειν εἰρῆσθαι·* cfr. de rep. p. 520 D. Euripides *Ἀναξαγόρου τρόφιμος* dicitur ab Alexandro Aetolo ap. Gell. 15. 20.; cfr. Cass. Dio. 59. 6. *καὶ υἱὸς καὶ τρόφιμος αὐτῶν λέγων εἶναι.* Atque idem nomen et de patre et de filio usurpari, quamquam utraque vis ex duplici verbi genere huius adiectivi efflorescit, satis mirum est, atque idcirco eo magis idem fere de alumno Latinorum animadvertere iuvat. Cuius vocis cum scriptores antiqui nisi vim passivam non adhibeant, posteriores eo processerunt, ut alumnum eum, qui alit, nominarent; cfr. Mart. Capell. I. p. 11. Vector eius cygnus impatiens oneris atque etiam subvolandi, alumna stagna petierat; cfr. Isidor. orig. 10. 1. Et qui alit et alitur, alumnus dici potest, id est, et qui nutrit et qui nutritur, sed melius tamen qui nutritur.

τρώξιμος qui comedi solet,

τὰ τρωκτά Galenus *ὠμὰ ἐσθιόμενα* interpretatur; cumque Hippocrates nunc *τρώξιμα* nunc *τρωκτά* promiscue nota illa obsonia velut ficos, rapas, rhaphanos, bulbos dicat, recte eandem vim *τοῖς τρωξίμοις* mihi tribuere videor. Cfr. Hippocr. de intern. affect. p. 549. 36. *τῶν τρωξίμων ῥαφανίδι χρεέσθω καὶ σελίνῳ εἰς ὄξος βάπτων·* *τρώξιμα* appellabantur imprimis seris, de qua quod est Geoponicorum libri XII. caput XXVIII. inscribitur *περὶ σέρεως ἤτοι τρωξίμων.*

φθόριμος 1) qui perdere solet, perniciosus, Maneth. II. 346. *φθορίμων ὑγρῶν* humoris perniciosi;

2) qui perire solet, periens,

Stob. ecl. phys. p. 980. *τὸ φθόριμον τῶν σωμάτων.*

φόριμος qui fructus ferre solet, fertilis, utilis.

Clem. Alex. Strom. VI. 15. 118. *ὁ γὰρ ἐγκεντρισμὸς τὰς ἀχρείους (ἐλαίας) εὐγενεῖς ποιεῖται καὶ τὰς ἀφόρους φορίμους γίγνεσθαι βιάζεται.* Anth. Pal. IX. 414. *τίς μ' ἄφορον λέξει, τὴν φορίμων φύλακα;* Hesych. *φόριμος· λυσιτελής.*

φύρσιμος qui peragitatur, peragitatus,

καί τε σὺ πυετίην ὀθόνης πολυωπέϊ κόλπῳ φύρσιμον ἠθήσαιο, Nicand. Alex. 322. et coagulum linteo foraminum pleno peragitatum percola.

φυτεύσιμος qui plantis conseritur,

Diodor. I. 36. *βρέχει (ὁ Νεῖλος) τὴν γὴν ὁμοίως τήν τε ἀργὴν καὶ σπόριμον καὶ φυτεύσιμον.*

χάλιμος effrenatus, dissolutus (*χαλώμενος*),

Etym. Mag. s. v. *χαλίφρων· καὶ τὰς βάκχας χαλιμάδας ἔλεγον, τὰς χαλωμένας πρὸς συνουσίαν.* Phot: *χαλίμα ἡ πόρνη ἀπὸ τοῦ χαλᾶσθαι τὸ σῶμα.*

χρήσιμος, qui in usu est, utilis,

Herod. II. 178. *τὸ μὲν νῦν μέγιστον αὐτῶν τέμενος καὶ οὐνομαστότατον ἐὸν καὶ χρησιμώτατον*, maximum eorum templum et celeberrimum, quod maxime in usu est, vel quo plerumque uti solent; eodem modo Abichtus hunc locum interpretatur. Suid.: *χρήσιμον τὸ ἀγαθὸν, ὅτι χρῆσιν ὠφελείας παρέχεται· χρήσιμα δὲ λέγεται τῶν ἀγαθῶν ἰδίως τὰ ὀργανικά.*

ψύχιμος refrigerans,

Herodian. Epim. p. 155. *ψύχιμος ὁ ψύχων.*

ὠφέλιμος, qui prodest, iuvat.

Scriptor definit. Plat. p. 414. E. *ὠφέλιμον τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν, τὸ αἴτιον τοῦ ἀγαθοῦ.* Thom. Mag. p. 341. 3. *οὐ μόνον συμφέρων ὁ ὠφέλιμος ἀλλὰ καὶ σύμφορος·* idem p. 408. 4. *ὠφέλιμον τὸ ὠφέλειαν ἐμποιοῦν· τὰ γὰρ εἰς μος τὰ μέν εἰσιν ἐνεργητικὰ οἷον ὠφέλιμος.* Cfr. Thucyd. IV. 44. 1. *ἦσαν γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις οἱ ἱππῆς ὠφέλιμοι συμμαχόμενοι*, multum enim equites eo, quod et ipsi pugnabant, Athenienses iuvabant; idem IV. 108. *ἡ πόλις ἦν αὐτοῖς ὠφέλιμος ξύλων πομπῇ.* Plat. Cratyl. p. 419. A. *ὠφέλιμον καὶ λυσιτελοῦν καὶ κερδαλεὸν τὸ αὐτὸ φαίνεται.*

ἐπωφέλιμος adiuvans,

Pind. Pyth. V. *πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τε ἐπωφελίμοις.*

ὠφελήσιμος idem atque *ὠφέλιμος*,

Aristoph. Av. 316. *κοινόν, ἀσφαλῆ, δίκαιον, ἡδύν, ὠφελήσιμον.*

γ) **Quaeritur, num haec adiectiva participii futuri vicem praestent.**

Quoniam adhuc hoc genus formarum in locum participiorum et perfecti et praesentis succedere demonstravimus, nunc num iisdem futuri vim recte tribuamus paucis exponendum videtur. Atque exstant profecto pauca exempla huius generis, quae ad illam vim proxime accedant.

καταλύσιμος. Cfr. Soph. El. 1247. *ἀνέφελον ἐνέβαλες οὔποτε καταλύσιμον οὐδέποτε λησόμενον ἁμέτερον οἷον ἔφυ κακόν·* hoc igitur loco *καταλύσιμον* participio futuri respondet *λησόμενον*; verum scholiasta annotat: *ὁ δὲ νοῦς ἐστι μὴ καταλυόμενον μηδὲ λήθης τυχεῖν δυνάμενον.* At ne ego quidem rem ad vivum esse resecandam puto; itaque *καταλύσιμον κακόν* malum, quod solvi non potest, interpretor. Quod idem crediderim de

ὀνήσιμο- ap. Hom. h. Merc. 30. *σύμβολον ἤδη μοι μέγ᾽ ὀνήσιμον*, quamvis v. 34. de hac tessera dicatur: *ἀλλ᾽ οἴσω σ᾽ εἰς δῶμα λαβών· ὄφελός τί μοι ἔσσῃ, οὐδ᾽ ἀποτιμήσω· σὺ δέ με πρώτιστον ὀνήσεις·* hoc *σύμβολον μέγ᾽ ὀνήσιμον* est tessera, quae e re esse potest. Itaque haec adiectiva in eorum ordinem, quibus vis potestatis subiecta est, deleganda sunt. Aliter de *παραστάσιμο-* et *παραδόσιμο-* iudicandum est.

παραστάσιμος,

Joa. Mal. p. 256. 22. *πεμφθεὶς ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας παραστάσιμος*. Alex. de invent. cruc. p. 11. C. *παραστάσιμος ἀνηνέχθη εἰς Ῥώμην·* utroque loco adiectivo *παραστάσιμος* finis itineris exprimitur, atque eam ob causam participium futuri cum verbis proficiscendi coniungi solitum exspectari concedendam est. Nihilo minus cum interdum pro participio futuri participium praesentis usurpetur velut in *θεοῖσι συμμάχοισι πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνόμενοι* Herod. VIII. 143. — *ἔπεμψεν αὐτὸν ἀγγέλλοντα* Plat. Euthyphr. p. 8. (cfr. Buttm. Gr. Gram. § 144. 3. 4.) hoc loco *παραστάσιμος* pro *παριστάμενος* positum esse censeo.

παραδόσιμος,

Diodor. XVI. 92. 2. *τὸ τελευταῖον εἶπεν·* (legatus Atheniensium) *ἄν τις ἐπιβουλεύσας Φιλίππῳ τῷ βασιλεῖ καταφύγῃ πρὸς Ἀθηναίους, παραδόσιμον εἶναι τοῦτον*, quae verba Wesselingus sic convertit: Si quis post structas Philippo insidias Athenis receptum quaerat, eum sine cunctatione deditum iri. At quamvis sententia utique huc redeat, tamen si id scriptor expressis verbis designare voluisset, non dubito, quin pro *παραδόσιμον εἶναι* scripturus fuerit *παραδόσιμον ἔσεσθαι*. Tota autem res expedietur, si huic sententiae vim necessitatis, quae cum in ipso adiectivo *παραδόσιμον* inesse possit, tum ex constructione accusativi cum infinitivo coniuncti evadat, subiciemus. Ac ne quis ipsum illum

tenuissimum eorum adiectivorum numerum, quorum significationem proxime accedere ad participia Latina necessitatis (quae eadem prave participia futuri appellantur passivi) videbimus, ad futurum spectare credat, reminiscatur et participia illa Latina a principio esse praesentis passivi (cfr. sec-undo- a sequ-i, ori-undo- ab ori-ri) et cum omnibus verbi auxiliaris formis (sum, ero, eram, fui etc. vituperandus) coniungi, reminiscatur participiorum praesentis passivi linguae Letticae, quibus eadem vis necessitatis subdita est, (cfr. Bielensteini Lett. Spr. II. 191. 215), reminiscatur denique adiectivorum Graecorum in *τέο-* cadentium: iam nullam his formis cum futuro intercedere significationis necessitudinem confitebitur.

b. De horum adiectivorum vi facultatis.

Quoniam ex iis, quae adhuc de horum adiectivorum vi disputavimus, haud ita raro ea id, quod aut factum est aut fit fierique solet, significare perspicuum est, id, quod multis de causis concludendum esse statuimus, vim primariam atque nativam esse veritatis, ipso Graeco dicendi usu confirmari nescio an mihi concedas. Quare nunc quomodo significationem facultatis ex veritate evasisse censeamus, quaerendum videtur. Atque est veritas, ut ita dicam, facultas perfecta; quod enim fit, fieri possit necesse est. Veritas igitur ipsa facultatem una comprehendit, facultas veritatem non item; inde fit ut subiecti sit, in re facta aut hanc aut illam animo premere. Jam quoniam haec adiectiva id, quod fit fierique solet, significant, cum ex crebra eiusdem actionis repetitione efflorescat quasi habitus quidam personae aut rei agentis ex rerum natura oporteat, eadem adiectiva cum vi veritatis coniunctam praebere facultatis, qua non id, quod revera fit, sed quod fieri potest vel facile fit, significant, non mirabimur. Quam arte autem hae significationes inter se cohaereant ex eo, quod utra multis adiectivis multis locis tribuenda sit, disceptari fere non potest, satis perspicitur. Atque ut alia omittam, locum quendam Platonis a Cicerone ad verbum expressum ad demonstrandum hoc imprimis idoneum esse censeo. Est enim apud Platonem (de leg. 758. D): *τὰς θήκας δ᾽ εἶναι* (sc. *προσήκει*) *τῶν χωρίων ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα μηδαμοῦ·* quae verba Cicero (de leg. II. 27.) duplicem vim vocis *ἐργάσιμο-* distinguendique difficultatem haud ignorans cum tamen de huius adiectivi significatione detrahere quidquam nollet, sic convertit: Vetat ex agro c u l t o eove qui c o l i p o s s i t, ullam partem sumi sepulcro. Itaque cautus ut Romanus, cum alterutra locum teneret, utramque vim posuit. Jam ad singula transeamus.

ἀγρεύσιμος qui venando capi potest,

Sophoclis illud *τὸ δ' ἁλώσιμον ἐμᾷ φροντίδι* (Phil. 863) scholiasta sic interpretatur: *τὸ δ' ἀγρεύσιμον, ὅ ἐστι πέρας, ἀνάκειται τῇ ἐμῇ φροντίδι.*

ἀγώγιμος qui agi, duci potest, cfr. p. 14.

ἀγώγιμοι, inquit Budaeus, dicuntur quasi ductiles *οἱ καταδεδικασμένοι*, iudicati aliique, in quos ius est prehensionis vel pro crimine vel pro aere alieno vel aliam ob causam. De eodem Reiskius sic: *Ἀγώγιμος* est is, quem ius et fas est, ubi reperiatur, a quocunque qui velit actore in iudicium ad undecim viros in servitutem, quoquo velit, obtorto collo agi, rapi. Demosth. in Aristocr. p. 631. *ἐάν τις ἀποκτείνῃ Χαρίδημον, ἀγώγιμος ἔστω, φησὶ, πανταχόθεν*, qui Charidemum interfecerit, eum unde unde rapi in iudicium fas esto. Plut. Sol. 13. *χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν* versuram facientes corporis nexu duci a creditoribus velut addicti poterant. — Cfr. Plut. Lyc. 9. *τὸ γὰρ σιδηροῦν* (sc. *νόμισμα*) *οὐκ ἦν ἀγώγιμον πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας* pecunia ferrea ad ceteros Graecos transferri non poterat.

αἱρέσιμος qui capi potest, cfr. p. 15.

Xenoph. Cyr. V. 2. 2. *βουλόμενος ἰδεῖν, εἴ πῃ αἱρέσιμον εἴη τὸ τεῖχος,*

ἀκέσιμος qui mederi potest, medicabilis,

Euseb. ap. Stob. I. p. 20. *ἐλαφρύνοιμι . . . ἀκεσίμῳ λόγῳ τὰς ἀνίας.*

ἀκούσιμος qui audiri potest,

Συν. λεξ. χρησ. p. 373. *ἀκουσίμη ἀντὶ τοῦ ἀκουστή. Σοφοκλῆς· Σπουδὴ γὰρ ἡ κατ' οἶκον ἐγκεκρυμμένη οὐ πρὸς θυραίων οὐδαμῶς ἀκουσίμη. Δύναται δὲ καὶ ἡ φωνὴ ἀκουσίμη λέγεσθαι.*

ἄλκιμος qui arcere (*ἀλαλκεῖν*), defendere potest, fortis.

Hom. Il. XIII. 278. *ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη*, ibid. XI. 483. *Τρῶες ἕπον πολλοί τε καὶ ἄλκιμοι*, Herod. III. 4. *ἄλκιμος τὰ πολέμια.* Cfr. Hesiod. theog. 526. *Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱός·* ceterum vox tritissima, ut est, ad vim magis universam abiit.

ἁλώσιμος qui capi potest,

ἁλώσιμα καταληπτά· ἁλώσιμον ληφθῆναι δυνάμενον Hesych., *οὐκ ἁλώσιμα οὐκ εὔληπτα* Hesych., *τεῖχος ἀσθενὲς. . . . εὐεπιχείρητον, ἁλώσιμον* Poll., *ἁλώσιμος εὔληπτος* Suid.; Herod. III. 153. *πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλών.* Thucyd. IV. 9. *ἐκείνοις τε βιαζομένοις τὴν ἀπόβασιν, ἁλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι.* Soph. Phil. 863. *τὸ δ' ἁλώσιμον ἐμᾷ φροντίδι*, id quod mente percipere possum.

ἀνύσιμος qui confici potest, cfr. p. 5.

Jambl. *περὶ Πυθαγόρου αἱρέσεως* p. 113. *σταδίων οὐδ'*

ἡμέραις ἀνυσίμων πάνυ πολλαῖς stadiûm, quae ne permultis quidem diebus confici possunt.

ἀοίδιμος qui canere potest (sangeskundig),

Pind. Ol. XIV. *Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι, αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν, ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι·* hae *ἀοίδιμοι βασίλειαι* sunt Musae, quae canere, praecinere, vaticinari possunt, de quibus Homerus (Il. II. 485.): *ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα* et Hesiodus (theog. 38): *εἴρουσι τά τ᾽ ἐόντα τά τ᾽ ἐσσόμενα πρό τ᾽ ἐόντα* et Vergilius (Aen. VII. 645): et meministis enim divae et memorare potestis (id est *ἀοίδιμοι* estis). Cfr. Pind. fr. 60. (ex Boeckhii editione).

ἀρνήσιμος qui negari potest,

Soph. Phil. 74. *ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν ἐστ᾽ ἀρνήσιμον.*

ἀρυτήσιμος qui hauriri potest, potabilis,

Anth. Pal. IX. 575. 3. *καὶ γλυκὺ νᾶμα θάλασσα βροτοῖς ἀρυτήσιμον ἕξει.* — Jam cum earum rerum, de quibus hauriri possit, multitudo quaedam suppeditet necesse sit, a vi hauriendi ad abundandi facilem patere viam perspicuum est. Hanc autem praebent adiectiva *ἀρύσιμος* et *ἀφύσιμος* (*ἀφύσσω*).

Etenim Nicandr. Alexiph. 584. *ναὶ μὴν τοῖς ὅτε νέκταρ ἀφυσγετὸν ἐν δεπάεσσι χεύαις* interpretans scholiasta dicit: *ἀφυσγετὸν δ᾽ ἀντὶ τοῦ πολὺ, δαψιλὲς, ἀφύσιμον καὶ ἀρύσιμον* id est, de quo hauriri potest, (copia suppeditante).

Ex eodem fonte manavit *ἀφύξιμο-*, quo adiectivo utitur Nicander (Ther. 603.) in *πῖνε δὲ μιξάμενος κυάθῳ τρὶς ἀφύξιμον οἴνην.* Qua de voce Lobeckius path. prol. p. 164.: „*οἴνη ἀφύξιμος* utrum sit contrarium eius, quod Cicero vinum fugiens (de off. III. 23. 91) dixit an idem, quod in Alexiph. *νέκταρ ἀφυσγετόν* vocatur, hoc est, si scholiastae credimus, *ἀφύσιμον καὶ ἀρύσιμον* haud facilis existimatio"; cui cum astipuletur Dindorfius in Steph. thes., Schneider liquido hoc adiectivum ad *φύξιμο-* revocat. At ne cum *φύξιμο-* cohaerere *ἀφύξιμο-* credamus, ipsum *α*, cum ab *α* privativo haec adiectiva, ut videbimus, abhorrere soleant, et totius loci sententia, qui sit de remedio ex vino multisque medicamentis composito, non de vino eiusque bonitate ipsa, satis prohibent. Jam cum inter *ἀφύξιμο-* et *ἀφύσιμο-* non plus intersit quam inter futuri formam *ἀφύξω* et aoristi *ἤφυσα*, plane assentior scholiastae locum illum sic interpretanti: *κυάθῳ· τουτέστι τρίτον τῷ κυάθῳ ἀντλούμενον· παρὰ τὸ ἀφύσσειν οἷον τρεῖς κυάθους.*

ἀρώσιμος qui arari potest,

Soph. Antig. 569. *ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.*

βάσιμος, qui adiri, obiri potest, qui facilem habet aditum,

Demosth. in Aristog. p. 793. *τούτῳ δ᾽ οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα.* Diodor. Sic. excerpt. vol. II. p. 504. *πάντα γὰρ τῇ συνέσει βάσιμα καὶ δυνατὰ γίνεται.*

ἀναβάσιμος, in quem escendi potest, qui ascendi potest,

Cyrill. I. 3. p. 327. *ὄρος ἀναβάσιμον τοῖς ἁγίοις ὁ οὐρανός*,

προςβάσιμος qui adiri potest — vox est ex Prisc. hist. p. 41. D. a Lobeckio ad Phryn. p. 227. prolata.

βιώσιμος 1) qui vivere potest,

Suid: *βιώσιμος ὁ ζῆσαι ἐν βίῳ δυνάμενος*. Poll. VIII. 79. *οὐκ οἶδ᾽ εἰ βιώσιμός ἐστιν, ὀλίγας ἐλπίδας ἔχει τοῦ ζῆν·* ibid. II. 6. *κύημα βιώσιμον*. Arrian. exped. Alex. II. 4. 11. *τοὺς μὲν ἄλλους ἰατροὺς οὐκ οἴεσθαι εἶναι βιώσιμον αὐτόν*.

2) *βιώσιμόν* (*α*) *ἐστιν* vivi potest,

Herod. III. 109. *οὐκ ἂν ην βιώσιμα ἀνθρώποισι*. Eurip. Heracl. 606. *χρησμοῦ δὲ μὴ κρανθέντος οὐ βιώσιμον*. Cfr. Soph. Antig. 566.

βοηθήσιμος qui iuvari potest,

Theophr. hist. pl. IX. 16. 7. *εἰ τρόπον μέν τινα ἀβοήθητον, ἄλλως δὲ βοηθήσιμον*.

βρώσιμος qui edi potest,

Bekk. anecd. p. 84. 25. *βρώσιμον· βρωτόν, Δίφιλος Ἀνασωζομένῳ*. Aeschyl. Prom. 479. *οὐκ ἦν ἀλέξημ᾽ οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον οὐ χριστὸν οὔτε πιστόν*. Test. nov. Luc. 24. 41. *ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε;*

γεωργήσιμος qui coli potest,

Polyb. I. 56. 5. *ὁ περιεχόμενος τόπος εὔβοτος ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος*.

γόνιμος 1) qui gignere 2) qui gigni potest; fusius hoc adiectivum explicat scholiasta ad Eurip. Phoen. 1597: *ἀπὸ τούτων* (sc. *ἀπὸ γόνου καὶ γονῆς*) *καὶ τὸ γόνιμον καὶ τὸ ἄγονον· λέγεται δὲ ταῦτα* (*ἐναντία γάρ ἐστι καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν λέγεται*) *πρῶτα μὲν ἐπὶ ἀνδρὸς δυναμένου παιδοποιεῖν ἢ μὴ δυναμένου καὶ ἐπὶ μήτρας δυναμένης σπέρμα ζωογονεῖν ἢ μὴ δυναμένης· ἔπειτα καὶ ἐπὶ φυτῶν δυναμένων καρποφορεῖν ἢ μὴ δυναμένων καὶ ἐπὶ γῆς ἐπιτηδείου σπέρματα θάλπειν καὶ τρέφειν ἢ μὴ ἐπιτηδείου· καὶ ἐπὶ ποιητοῦ δυναμένου ποιεῖν ποιήματα ἢ μὴ δυναμένου·* atque haec quidem de vi activa hactenus; ad vim passivam pertinent ea, quae sequuntur: *καὶ ἔτι ἐπὶ βρέφους δυναμένου τεχθῆναι ἢ πρέποντος ὡς ἐν τούτοις· καὶ τοῦτό φασι μησὶ γόνιμον εἶναι* etc.

Atque vim activam huius adiectivi praebent exempla velut:

ὁκόσα δὲ τῶν σωμάτων ἀκμάζοντά ἐστι καὶ ἐν τῇσι ἡλικίῃσι τῇσι γονίμῃσι Hippocr. 347. 25. Aristot. hist. anim. 635b. 36. *γονίμῳ γυναικί*, ibid. p. 523a. 25. *καὶ τὸ μὲν γόνιμον* (*σπέρμα*) *ἐν τῷ ὕδατι χωρεῖ κάτω, τὸ δ᾽ ἄγονον διαχεῖται*.

Vis passiva huius adiectivi ostenditur ap. Aristot. hist. anim. 585a. 30. *τὸ δὲ γάλα τὸ γινόμενον πρότερον τῶν ἑπτὰ μηνῶν ἄχρηστόν ἐστιν· ἀλλ᾽ ἅμα τά τε παιδία γόνιμα καὶ τὸ γάλα*

χρήσιμον· ibid. 584b. *ὅσα μὲν οὖν γίνεται πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν, οὐδὲν οὐδαμῇ δύναται ζῆν· τὰ δὲ ἑπτάμηνα γόνιμα γίνεται πρῶτον, ἀσθενῆ δὲ τὰ πολλά.*

δαίσιμος qui edi potest,

δαίσιμος· ἐδώδιμος Hesych.

ἐνδόσιμος qui facile cedit, cfr. p. 6.

Dionys. de. art. rhet. VIII. 15. *οὕτω μὲν δὴ καὶ ἐνδόσιμα καὶ εὐδιάλυτα προτείνει.* Clem. Alex. Strom. p. 858. *οὐδαμῇ γὰρ ἐνδόσιμον οὐδὲ ἁλώσιμον ἡδονῇ τε καὶ λύπῃ τὴν ψυχὴν παρίστησιν.*

ἐνδοιάσιμος qui in dubitationem vocari potest.

Luc. Scyth. c. 11. *ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἐνδοιάσιμα τὰ σά.*

ἐγέρσιμος qui excitari potest; de somno, e quo quis excitari potest, usurpari solet.

Theocr. XXIV. 7. *εὕδετ᾽ ἐμὰ βρέφεα, γλυκερὸν καὶ ἐγέρσιμον ὕπνον.* Eustath. op. p. 212. 79. *ὑπνοῖ τὸν μακρὸν μὲν μακαρίως δὲ αὖθις ἐγέρσιμον* (sc. *ὕπνον*). quibus cum exemplis bene confertur illud Aristotelis (de somn. c. 1.): *διὸ ἀναγκαῖον ὕπνον πάντα ἐγερτὸν εἶναι.*

ἐδώδιμος qui comedi potest,

Herod. III. 108. *ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ κατεσθιόμενα.* Theophr. hist. plant. VII. 14. *τοῦ σκολύμου δὲ οὐχ ὅτι τοῦτο μόνον ἴδιον, ὅτι τὴν ῥίζαν ἐδώδιμον ἔχει.*

εὐνάσιμος ad cubile statuendum idoneus,

Xenoph. Cyn. 8. 4. *παραλείπεται οὖν εὐνάσιμα πολλά.*

ζώσιμος qui vivere potest,

Alex. Aphrod. probl. II. 47. *τέρατα οὐ ζώσιμα.* Theophr. hist. plant. IX. 12. *ἐὰν βούληταί τις ἀσθενοῦντος ἀνθρώπου διαπειρᾶσθαι εἰ ζώσιμος·* hanc scripturam praebet codex Urbinas, qua *βιώσιμος* Wimmero in editione sua magis placuisse videtur.

θηράσιμος qui venando capi potest,

Aeschyl. Prom. 858. *ἥξουσι θηρεύοντες οὐ θηρασίμους γάμους,* venient nuptias venatum, quas assequi nequeant.

θηρεύσιμος qui venando capi potest, auctoritate caret in Steph. thes.

θύσιμος, qui sacrificari potest,

Herod. I. 50. *κτήνεα τὰ θύσιμα πάντα ἔθυσεν.* Aristoph. Ach. 784. *ἀλλ᾽ οὐχὶ θύσιμός ἐστιν αὑτηγί* (sc. *χοῖρος*).

ἰάσιμος, qui sanari potest, sanabilis,

Thom. Mag. s. v. *ὠφέλιμον· καὶ πάλιν τὰ μὲν αὐτῶν εἰσι δυνάμει οἷον ἰάσιμος ὁ δυνάμενος ἰαθῆναι.* Aeschyl. Prom. 475. *σεαυτὸν οὐκ ἔχεις εὑρεῖν, ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.* Hippocr. de sacro morbo: *ὁκόταν γὰρ ὁ χρόνος γένηται τῇ νόσῳ, οὐκέτι ἰήσιμος γίνεται.*

ἱερεύσιμος, qui sacrificari potest, ad sacrificandum aptus, Plut. moral. p. 729. C. *ἰχθύων δὲ θύσιμος οὐδεὶς οὐδὲ ἱερεύσιμός ἐστιν.*

ἱππάσιμος qui perequitari potest, Herod. II. 108. *Αἴγυπτον τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἱππασίμην*, ibid. IX. 13. cfr. Xenoph. Hell. VII. 2. 12.

ἱππεύσιμος idem, est varia lectio pro *ἱππάσιμος* ap. Herod. V. 63.

λόπιμος qui decortari potest,

Athen. II. p. 53. B. *ποντικῶν καλουμένων καρύων, ἃ λόπιμά τινες ὀνομάζουσι.* Schol. ad. Nicand. Alexiph. 271. *τῶν δὲ καστάνων τὸ μὲν σαρδιανὸν, τὸ δὲ λόπιμον, τὸ δὲ μαλακὸν, τὸ δὲ γυμνόλοπον.*

λύσιμος qui solvi potest, solubilis,

Callisthenes ap. Athen. X. p. 452. A.: *ἀπαγγελεῖν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δέχ᾽ ἡμερῶν τὸ ἐν Ἀπολλωνίῳ δεδεμένον ὡς οὐκέτι λύσιμον ἐσόμενον, ἐὰν αὐτὰς παρέλθωσι.* Aristot. analyt. pr. p. 70a. 30. *οὕτω μὲν γίνονται συλλογισμοὶ, πλὴν ὁ μὲν διὰ τοῦ πρώτου σχήματος ἄλυτος, ἂν ἀληθὴς ᾖ, ὁ δὲ διὰ τοῦ ἐσχάτου λύσιμος·* ibid. 70a. 34. *ὁ δὲ διὰ τοῦ μέσου σχήματος ἀεὶ καὶ πάντως λύσιμος.*

καταλύσιμος, qui dissolvi potest,

Soph. El. 1247. *ἀνέφελον ἐνέβαλες οὔποτε καταλύσιμον οὐδέποτε λησόμενον ἁμέτερον οἷον ἔφυ κακόν.* Scholiasta annotat haec: *ἐπείπερ ὑπέμνησεν αὐτὴν τῆς τοῦ πατρὸς ἀναιρέσεως, φησὶ ὅτι ἐνέβαλές μοι κακὸν καλυφθῆναι, λήθης τυχεῖν μὴ δυνάμενον.*

μάχιμος qui pugnare potest,

Aristoph. Lys. 449. Legatis virorum haec mulieribus minitantibus: *ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ᾽ ἔσθ᾽ ἡττητέα ἡμῖν· ὁμόσε χωρῶμεν αὐταῖς, ὦ Σκύθαι, ξυνταξάμενοι* respondet Lysistrata: *νὴ τὼ θεὼ γνώσεσθ᾽ ἄρα, ὅτι καὶ παρ᾽ ἡμῖν εἰσι τέτταρες λόχοι μαχίμων γυναικῶν ἔνδον ἐξωπλισμένων* tum vero me hercule et nobis ipsis quatuor cohortes mulierum armis exornatarum, quae pugnare sciant, in promptu esse experiemini. Aristoph. Ran. 281. *εἰδώς με μάχιμον ὄντα.* Poll. I. 177. *ἐρεῖς δὲ τοὺς ἐκ καταλόγου, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ τοὺς ἀκμάζοντας, τοὺς τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχοντας, τὴν μάχιμον* id est ea aetas, qua quis ad pugnandum aptus est.

ναυπηγήσιμος, ad naves fabricandas aptus, qui ad naves fabricandas adhiberi potest. Herod. V. 23. *ἵνα ἴδη τε ναυπηγήσιμος ἄφθονός ἐστι.* Plat. leg. IV. p, 705. C. *ναυπηγησίμης ὕλης.*

νόστιμος, qui redire potest,

Hom. Od. XIX. 75. *εἰ δ᾽ ὁ μὲν ὧς ἀπόλωλε καὶ οὐκέτι νόστιμός ἐστιν* et sexcenties.

ὁδεύσιμος qui transiri potest,

Strab. II. 510. *ὥστε καὶ στρατοπέδοις ὁδεύσιμον εἶναι τὸν αἰγιαλόν.*

διοδεύσιμος qui permeari potest,

auctoritate caret in Steph. thes.

παροδεύσιμος qui adiri, obiri potest,

Callim. lavacr. Pall. 90. *ὦ ὄρος, ὦ Ἑλικὼν, οὐκέτι μοι παριτέ·* scholiasta dicit: *παριτέ, παραβατέ, παροδεύσιμε.*

περιοδεύσιμος qui circumiri potest,

περιοδεύσιμος τόπος amfragosus, amfractus, ambago (glossa).

οἰκήσιμος qui habitari potest, habitabilis,

Arrian. VI. 18. I. *οἰκήσιμον τὴν χώραν παρασκευασοντας.*

ὅλκιμος qui facile trahitur,

Dioscorid. II. 101. de melle: *ὅλκιμον καὶ εὔτονον.* Plut. mor. p. 696. C. *τὸ δὲ ἔλαιον ὅλκιμον πανταχῇ καὶ μαλακὸν ἄγεται περὶ τὸ σῶμα.*

εὐόλκιμος idem,

Hippocr. p. 802. C. *ἢν ἐξ ἀγαθῶν ᾖ τῶν πυρῶν τὸ ἄλητον καὶ εὐόλκιμον.*

ἐπόψιμος qui aspici potest,

Soph. Oed. Tyr. 1312. *εἰς δεινὸν οὐδ' ἀκουστὸν οὐδ' ἐ π ό ψ ι μ ο ν.*

παιδοποιήσιμος e quo procreari potest, ad procreandum aptus:

locum supra laudatum *ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι* (Soph. Antig. 569.) scholiasta sic interpretatur: *ἀρώσιμοι, παιδοποιήσιμοι, εὐγεώργητοι.*

περάσιμος. qui transmeari potest, transmeabilis,

Eurip. ap. Stob. flor. 40. 9. *ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος.* Arrian. V. 9. 8. de Indiae fluminibus: *χειμῶνος ἴσχουσιν, ὀλίγοι τε γίνονται καί εἰσι ὅπου περάσιμοι.* Scymn. *περιήγης.* p. 816. *ἄ π λ ω τ ό ς ἐστι κοὐ π ε ρ ά σ ι μ ο ς.*

πλόκιμος qui necti potest,

Theophr. hist. plant. IV. 12. *κάλαμος πλόκιμος.*

πλόϊμος, πλώϊμος 1) qui navigare potest, (cfr. *ναῦς πλεῖ*, classis navigat. Cic. Flacc. 14.) Thucyd. I. 29. *καὶ τὰς ναῦς ἅμα ἐπλήρουν ζεύξαντές τε τὰς παλαιὰς ὥστε πλωΐμους εἶναι.* Demosth. 56. 23. *ἐπεσκευάσθη καὶ πλώϊμος ἐγένετο.* Suid. *πλώϊμος ἀνήρ.* 2) qui navigari potest (de mari. cfr. *θάλαττα πλεῖται*, mare navigatur Quint. I. 4. 28.); Theophr. Char. c. III. 6. *καὶ τὴν θάλατταν ἐκ Διονυσίων πλόϊμον εἶναι·* cfr. Plut. Sull. 20. Pomp. 78. — Pro formis autem *πλόϊμο-* et *πλώϊμο-* ap. Soph. Oed. Col. 664. exstat

πλώσιμος. Cfr. *φανήσεται μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος οὐδὲ πλώσιμον.* Suid. *πλώσιμον διαβατόν· Σοφοκλῆς· μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος οὐδὲ πλώσιμον ἀντὶ τοῦ ἀδιάβατον.*

πορεύσιμος qui transiri potest,

Xenoph. Cyrop. VII. 5. 18 *ἐκέλευσε σκέψασθαι, εἰ πορεύσιμον εἴη τὸ ἔδαφος τοῦ ποταμοῦ·* ibid. VII. 5. 16. Plat. Tim. p. 24. E.

πόριμος penetrabilis, id est, qui aut penetrare aut penetrari potest.

1) qui facile penetrat, penetrare potest. (cfr. *κέλευθον πείρειν* Hom. Od. II. 434, sine obiecto invenitur *πείρειν* (penetrare) ap. Apoll. Rhod. I. 326. 398). Galen.: *Βραδυπορώτεροι δὲ τούτων τῶν οἴνων οἱ κιῤῥοὶ καὶ παχεῖς, ἀλλ' ὅμως πάντων τῶν αὐστηρῶν ποριμώτατοι.* Cfr. Macrob. sat. VII. 12. Vinum tanto penetrabilius in venas efficitur bibendo, quanto fit liquidius faece purgata. Imprimis *πόριμος* is appellatur, qui penetrare sciat, vel in quo facultas sit consilio et prudentia in rebus angustis viae sibi muniendae. Aristoph. Ran. 1429. *μισῶ πολίτην, ὅστις ὠφελεῖν πάτραν βραδὺς φανεῖται μεγάλα δὲ βλάπτειν ταχὺς, καὶ πόριμον αὑτῷ τῇ πόλει δ' ἀμήχανον.* Synes. p. 187. B. *ὦ πρὸς τὰ καλὰ πάντων σὺ πορ ιμώτατε.* Arist. II. p. 381. *ταῦτ' οὐ δοκεῖ σαφῶς ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἐπαινᾶν λέγειν ὡς γόνιμον καὶ πόριμον εἰς τὰ μέλη.*

2) qui penetrari potest,

ἔρωτι πάντα πόριμα. Luc. Dem. 23. Galen.: *καὶ τούτῳ ἅπαντα βάσιμα καὶ πόριμα.*

πότιμος qui potari potest, potabilis,

Herod. VIII. 22. *Θεμιστοκλέης ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα ὕδατα.* Xenoph. Hell. III. 2. 19. *λίμνη ποτίμου καὶ θερμοῦ ὕδατος·* Poll. V. 62. 4. *τὰ πότιμα τῶν ὑδάτων.*

πράσιμος venalis,

Xenoph. Cyrop. IV. 5. 42. *κηρυξάτω πωλεῖν τοὺς καπήλους, ὅτι ἔχει ἕκαστος πράσιμον.* Diog. Laert. VI. 47. *ἐπὶ ἀσώτου οἰκίᾳ ἐπιγέγραπται· πράσιμον.*

προβατεύσιμος qui depasci potest, ad depascendum aptus,

Philo. II. p. 91. 11. *προβατεύσιμος πόα,* ibid. p. 138.

πτήσιμος qui volare potest,

Jul. epist. 16. p. 383. D.: *ἐπὶ σοὶ τὸ κρῖναι περὶ τῶν ἡμετέρων λόγων, εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰσὶ πτήσιμοι.*

ἐκπετήσιμος qui evolare potest,

Aristoph. Av. 1355. *ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδῆς,* cfr. Poll. II. 18. Ael. de nat. anim. II. 43. 2.

ἐπαναπτήσιμος idem fere,

Hesych. *ἐπαναπτήσιμον· ἐπαναπτῆναι θέλοντα καὶ πορευθῆναι.*

διασπάσιμος qui divelli potest, dissipabilis; ubi inveniatur Steph. in thes. non indicat.

σπόριμος qui serere potest, ad serendum aptus,

Maneth. III. 396. *σπορίμης αἰδοῦς ἀπὸ μήδε' ἔκειραν.*

στάσιμος qui collocari potest,

Lys. or. X. p. 117. *τὸ ἀργύριον στάσιμον εἶναι ἐφ' ὁπόσῳ ἂν βούληται ὁ δανείζων·* Cfr. p. 7.

στοιβάσιμος stipabilis (glossa.).

στρατεύσιμος qui arma ferre potest,

Poll. *εἶτα ἀνὴρ τὴν μάχιμον ἡλικίαν ἔχων, τὴν στρατεύσιμον — ἐκ τῆς ἀμάχου ἡλικίας, ἐκ τῆς ἀπολέμου, ἐκ τῆς ἀστρατεύτου·* Polyb. VI. 19. 6. *τῆς ἡμέρας ἐπελθούσης καὶ τῶν στρατευσίμων παραγενομένων εἰς τὴν Ῥώμην*, de dilectu. Cfr. Xenoph. Hell. VI. 5. 12.

διατοξεύσιμος qui sagitta penetrari potest,

Plut. Luc. c. 28. *καὶ συναιρήσων τὴν διατοξεύσιμον χώραν τῷ τάχει τῆς ἐπαγωγῆς.*

ὑπερτοξεύσιμος qui sagitta superari potest, superabilis,

Aeschyl. Suppl. 473. *μίασμ' ἔλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον.*

τρόφιμος qui ali potest, cfr. p. 21.

Poll. II. 6. *κύημα τρόφιμον, βιώσιμον.*

φύξιμος, φεύξιμος·

cum apud Homerum semel exstet forma *φύξιμον* (Od. V. 359. *ὅθι μοι φάτο φύξιμον εἶναι*), quam eandem apud Sophoclem scriptam legamus, insequentium temporum scriptores velut Polybius et Plutarchus forma *φύξιμο-* et *φεύξιμο-* sine ullo significationis discrimine utuntur. Duas autem significationes hoc adiectivum complectitur, activam et passivam.

1) *φύξιμος* qui fugere potest,

Soph. Antig. 786. *καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ' ἁμερίων σέ γ' ἀνθρώπων* te neque immortalium neque mortalium, quotquot vivunt, effugere quisquam potest.

2) *φύξιμος* qui fugi potest,

φύξιμος νοῦσος Hippocr. p. 191. 10., *ἦμαρ* Maxim. Tyr. *περὶ καταρχῶν* p. 358., *φευκτά· φεύξιμα* Hesych.

φονεύσιμος, qui interfici potest,

Schol. ad. Hom. Il. X. 13. (*οὔτι μόρσιμός εἰμι*): *οὐκ εἰμί, φησι, φονεύσιμος, οἷον οὐχ ὑπόκειμαι μοίρᾳ ὡς Ἕκτωρ, ὃν ἤλπισας διώκειν.*

φύσιμος qui procreandi vim habet,

Theophr. de caus. plant. IV. 4. 8. *ἐπεὶ τό γε σπέρμα διαφθαρὲν οὐ φύσιμον ὅλως ἦν*, ibid. IV. 16. 3. *ταύτην γὰρ δὴ διάπειραν λαμβάνουσιν εἰ φύσιμος* (sc. *ὁ κεκομμένος σῖτος καὶ παλαιός*).

χρίσιμος ad unguendum aptus, qui inungi potest;

cfr. Aristoph. Plut. 529. *μύροισί μυρίσαί στακτοῖς*, ad quae scholiasta: *τοῖς ὑγροῖς καὶ χρισίμοις πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ξηρῶν.*

---

c. De vi necessitatis.

De horum adiectivorum vi veritatis et facultatis quoniam satis mihi multa verba fecisse videor, restat, ut quae de significatione necessitatis dicenda sint, exponam. Atque primum quidem cum hanc vim non ab initio his adiectivis subesse posse constet, significationis similitudine participii Latini necessitatis in -ndo- (-ondo-, -undo-, -endo-,) exeuntis ex veritate eam emanasse confirmatur. Neque enim quae huc pertinent formae velut secundo- (sequi), oriundo- (oriri), moribundo-, furibundo-, tremebundo-, vitabundo-, quarum terminatio -bundo- est participium necessitatis radicis bhu, fu, in iis significationis necessitatis aut vola aut vestigium apparet. Qua de re conferendum est, quid Corssenius Krit. Beitr. p. 138. Krit. Nachtr. p. 133. Schleicher Compend. p. 383., L. Meyer Vgl. Gram. II. p. 90 sqq. disputaverint. Accedunt adiectiva verbalia vel participia suffixo -ta-, -to-, *-το-* formata; quae cum in ceteris linguis Indogermanicis veritatem significent, in lingua Graeca quamvis plerumque spectent aut ad veritatem aut ad facultatem, tamen a necessitate non prorsus abhorrent; cfr. Soph. Oed. Col. 1360. *οὐ κλαυτὰ δ᾽ ἐστὶν ἀλλ᾽ ἐμοὶ μὲν οἰστέα*, haec mihi non sunt deploranda, sed ferenda (das habe ich nicht zu beklagen, sondern zu ertragen); Eurip. Hel. 661.: Hel.: *ἒ ἔ· πικρὰν ἐς ἀρχὰν βαίνεις· ἒ ἔ· πικρὰν δ᾽ ἐρευνᾷς φάτιν·* Menel.: *λέγ᾽, ὡς ἀκουστὰ πάντα δῶρα δαιμόνων* dic modo, nam omnia deorum dona (id est mala) audienda nobis vel ferenda sunt; cfr. Hom. h. Cer. 217. *ἀλλὰ θεῶν μὲν δῶρα καὶ ἀχνύμενοί περ ἀνάγκῃ τέτλαμεν ἄνθρωποι·* Soph. Antig. 874. *κράτος, δ᾽ ὅτῳ κράτος μέλει, παραβατὸν οὐδαμᾷ πέλει* summa potestas, penes quemcunque est, nullo modo violanda est; Theocr. XIV. 48. *ἄμμες δ᾽ οὔτε λόγω τινὸς ἄξιοι οὔτ᾽ ἀριθμητοί·* ibid. X. 52. *εὐκτὸς ὁ τῶ βατράχω, παῖδες, βίος* optanda est, filii, ranae vita; Aeschyl. Pers. 931. *ὅδ᾽ ἐγὼ, οἰοῖ, αἰακτός* o me deplorandum; Plat. Theaet. p. 187. C. *μισθὸς μεμπτός* pretium contemnendum. Cfr. Moiszisstzigii quaest. p. 69. Neque vero ad nomina alienis suffixis ficta confugiamus necesse est; participia enim Lettica in -ima- exeuntia, quae, cum formae consonae in lingua Lituanica ab origine et statu linguarum Indogermanicarum minus alienata ab hac significatione abhorreant, (cfr. suffixum -tina- in Schleicheri Lit. Gram. p. 100.), eandem praebeant vim necessitatis, ex veritate eam evasisse comprobant. Quare quoniam hic sit quin ordo rei dubitari non potest, id unum relinquitur, ut quonam vinculo hae significationes inter se contineantur, et quomodo altera ex altera proficiscatur exponere conemur. Atque supra haec adiectiva, cum a principio id, quod fit vel fieri solet, significarent, facultatis vim assumpsisse ostendimus; ut autem aliquid fieri soleat aut

facile fieri possit, hoc aut moribus et natura personae vel rei agentis aut condicionum ratione efficitur; actio igitur aut illis aut hac continetur, et quoniam utraque semper adesse solent, fiat necesse est. Ita sequi hoc puto, ut eadem adiectiva cum vi veritatis et facultatis significationem necessitatis coniungere possint. Cuius quamquam certa eaque antiquiora exstant exempla, tamen non eo pervenit, ut latius pateret possitque cum duabus illis, de quibus disputavimus, comparari. Immo vero tam rara est res tamque abscondita, ut nisi armatis quasi quodammodo oculis aperire eam nequeas. Jam cum antea in discernenda vi facultatis a veritate utram multis adiectivis tribueremus haesitaverimus, in definienda vi necessitatis duplex exsistit difficultas; namque cum utraque illarum huic tanta intercedit propinquitas, ut haec distinctio sit difficillima. Accedit quod in lingua vernacula cum multis verbis necessitatis notio quasi per abundantiam quandam coniungi solet, ubi neque ipsi necessitatem mente expressam velimus et Romanos non minus quam Graecos eam repudiasse constet. Velut adiectivo *προςδόκιμο-* supra non dubitavimus vim veritatis tribuere, quamvis nostrates nisi „der zu erwarten ist“ non fere dicant. Itaque etiam hoc cavendum est, ne nostram vernaculam cogitandi et eloquendi rationem in linguam Graecam transferamus. Denique necessitas ipsa nec semper eadem est et veluti nomen commune ex consuetudine grammaticorum discrimina tenuissima una comprehendit. Tanta in rei difficultate adiectiva, quibus hanc necessitatis vim subesse puto, ita disposita proferam, ut ab eis, quorum mihi significatio non satis aperta esse videtur, sive ad vim veritatis sive ad facultatis inclinant, exorsus ad exempla certiora transeam.

Atque primum quidem a significatione veritatis non plane abhorrere mihi videntur haec adiectiva:

ἀοίδιμος,

Hom. Il. VI. 358. *ὡς καὶ ὀπίσσω ἀνθρώποισι πελώμεθ᾽ ἀοίδιμοι ἐσσομένοισιν·* utrum *ἀοίδιμοι* hoc loco ii appellentur, qui ab hominibus futuris cantabuntur (*ἀεὶ ᾀδόμενοι καὶ ὑμνούμενοι* Hesych.), an ii, qui illis digni videbuntur esse, ut canantur (i. e. canendi) hoc disceptare non ausim.

λόγιμος, ἐλλόγιμος,

Herod. II. 98. *Ἄνθυλλα ἐοῦσα λογίμη πόλις.* Cass. Dio. 39. 43. *τοὺς λογιμωτάτους ἀποσφάξας τοὺς ἄλλους ἐπώλησεν.* Plat. Prot. p. 361. C. *τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν ἐπὶ σοφίᾳ.* Plut. Cat. min. c. 15. *τῶν μὲν οὖν πολεμικῶν πράξεων τοῦ Κάτωνος αὗται σχεδόν εἰσιν ἐλλογιμώτατοι.* Utroque adiectivo res aliqua ut praeclara, celebris significatur ideoque et ea, quae in omnium est ore et ea, quae digna est, ut commemoretur (i. e. commemoranda) sic nominari potest. At si Thomam Mag. sequemur, vim illis necessitatis subiectam esse credemus; dicit enim p. 227. 14:

καὶ λόγιμον καὶ ἐλλόγιμον τὸ λογου ἄξιον. Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον.

Iam pauca proponam adiectiva, quae quibusdam locis, quamvis equidem iis vim necessitatis tribuere malim, a significatione facultatis non prorsus aliena esse videntur.

βιώσιμος,

Soph. Antig. 566. *τί γὰρ μόνῃ μοι τῆσδ᾽ ἄτερ βιώσιμον;* quid mihi hac orbatae soli vivendum est, id est vivendo dignum relinquitur? Sic mihi hunc versum recte interpretari videor, quamvis sententia liberius expressa sit haec: sine hac vivere non possum. Cfr. Soph. Oed. Col. 1691. *ὡς ἔμοιγ᾽ ὁ μέλλων βίος οὐ βιωτός,* nam mihi vita futura non digna est, quam vivam; cfr. p. 34. sqq.

πορεύσιμος,

Eurip. El. 1046. *ἔκτειν᾽, ἐτρέφθην, ἥνπερ ἦν πορεύσιμον, πρὸς τοὺς ἐκείνῳ πολεμίους· φίλων γὰρ ἂν τίς ἂν πατρὸς σοῦ φόνον ἐκοινώνησέ μοι;* quae verba adiectivo *πορεύσιμον* vim facultatis tribuens Moiszisstzigius p. 29. ita convertit: occidi, converti me ad illam viam, per quam licebat ire. Quam viam si ita poeta significare voluisset, adiectivo *μόνην* eam definire debuisset. At cogitanti mihi Clytaemnestram id defendere, se facere non potuisse, quin Agamemnonem auxilio interficeret inimicorum, *πορεύσιμον* hoc loco vim necessitatis habere videtur, ut haec sit huius enuntiationis sententia: Ingressa sum eam ipsam viam, quae mihi ineunda erat, ad patris inimicos; amicorum enim quemnam me ad patrem tuum necandum adiuturum fuisse putas? Qua in re etiam hoc mihi commemorandum est, non dixisse Euripidem, ut potuit atque consentaneum fuit: *ἥπερ ἦν πορεύσιμος* eodem modo, quo dicitur *ἥπερ ἦν πορευτέα,* sed obiecti accusativo a neutra forma adiectivi *πορεύσιμο-* suspenso (dixisse): *ἥνπερ ἦν πορεύσιμον.* Quam constructionem ille non mirabitur, qui vi necessitatis huius adiectivi concessa eadem ratione pro illo *ἥπερ ἦν πορευτέα* etiam *ἥνπερ ἦν πορευτέον* in Graeca dicendi consuetudine esse meminerit, atque eam ob causam poetam hanc enuntiationis formam imitatum esse censeo. Qua significationum propinquitate exposita iam ad cetera huius generis exempla, quae quidem ego invenerim, pergo.

αἰδέσιμος venerandus, venerabilis,

Suid. *αἰδέσιμον· ἀξιοτίμητον.* Cfr. Paus. III. 5. 6. *ἦν δὲ ἄρα τὸ ἱερὸν τοῦτο ἐκ παλαιοῦ Πελοποννησίοις πᾶσιν αἰδέσιμον.*

ἀπολύσιμος solvendus, *καταλήψιμος* damnandus,

Antiph. IV. d. 9. *εἰ δέ τις κοινὴν μὲν τὴν πρᾶξιν κοινὴν δὲ τὴν ἀτυχίαν αὐτῶν ἡγούμενος εἶναι μηδὲν ἀπολύσιμον μᾶλλον ἢ καταλήψιμον ἐκ τῶν λεγομένων γιγνώσκει αὐτὸν ὄντα, καὶ οὕτως ἀπολύειν μᾶλλον ἢ καταλαμβάνειν δίκαιόν ἐστι.*

ἀράσιμος, ἐπαράσιμος, καταράσιμος exsecrandus, exsecrabilis, Phocyl. 13. 16. *σπέρματα μὴ κλέπτειν, ἐπαράσιμος ὅστις ἕληται.* Suid. *ἀράσιμος καταράσιμος·* cfr. Soph. Antig. 972. *εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος*, ubi illud *ἀρατόν* scholiasta interpretatur *καταράσιμον.*

βάψιμος tingendus,

Iambl. de vit. Pyth. p. 76. *οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυψαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων* infectores vestes tingendas sordibus liberaverunt liberatasque astrinxerunt.

γελάσιμος risu dignus, ridendus,

Lucian. de sonm. c. 5. *γελάσιμα ἦν πάντα καὶ μειρακιώδη.*

καταγελάσιμος deridendus,

Cfr. Plaut. Stich. IV. 2. 50. Nunc ego nolo mi ex Gelasimo fieri te Catagelasimum.

δράσιμος faciendus,

Aeschyl. Sept. 554. *ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον* homo minime superbus, at manus eius videt id, quod faciendum est.

ἑορτάσιμος sollemniter celebrandus,

Plut. mor. p. 270. A. *ὅρα δὴ μὴ . . . οὕτω καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς μὲν οἷον ἀρχὰς καὶ κυρίας, ὥσπερ εἴρηται, τρεῖς οὔσας ἑορτασίμους καὶ ἱερὰς ἔθεντο*, videndum est, ne eodem modo dierum initia quasi quaedam et principes statuerint tres eos, quos diximus dies, solemniter celebrandos et sacros.

ζητήσιμος inquirendus,

Xenoph. Cyn. VI. 6. *ἐὰν ᾖ πλησίον τὸ ἀρκυστάσιον τῶν ζητησίμων* si retia prope feras inquirendas tendantur.

ἐκθύσιμος expiandus,

Plut. mor. p. 518. C. *ἐκθύσιμα καὶ μιαρὰ διηγήματα.*

καταλεύσιμος lapidibus necandus,

Suid: *καταλεύσιμον τὸν ἄξιον καταλευσθῆναι· Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Λυκούργου.*

ἐπιλήψιμος vituperatione dignus, vituperandus,

Poll. III. 138. *καλοῖτο δ' ἂν ὁ μὲν ἔνοχος, ὑπαίτιος, ὕποχος, ὑπεύθυνος, ἐγκλητέος, ἐπιλήψιμος, μεμπτὸς, ἐπίμεμπτος* cfr. de *μεμπτό-* p. 34. Cfr. Eustath. p. 984. *τὰ δὲ μὴ ἔχοντα οὕτω, ἀλλὰ μέρος μέν τι τῆς τελευτείας λέξεως τῷ πρώτῳ στίχῳ ἀφιέντα τὸ δὲ λοιπὸν τῷ ἐπαγομένῳ στίχῳ μερίζοντα, ἐπιλήψιμά εἰσιν.*

μαστιγώσιμος, flagellandus,

Lucian. Herod. p. 838. *τάχ' ἂν οὐ πάνυ μαστιγώσιμος ὑμῖν δόξαιμι.*

ἀποπόμπιμος abominandus, abominabilis,

Hesych. *ἀποπόμπιμοι· αἱ ἀποφράδες ἡμέραι*, sunt dies

religione aut calamitate ante accepta abominandi, quibus cum populo agere non licebat.

πράξιμος exigendus,

Polyb. XXII. 26. 17. *καὶ εἴ τι χρῆμα ὠφείλετο αὐτοῖς, ὁμοίως ἔσται πράξιμον· καὶ εἴ τι ἀπελήφθη ἀπ᾽ αὐτῶν ἀναζητηθὲν, ἀποδοθήτω,* ex Romanorum cum Antiocho rege foedere.

προςκυνήσιμος, dignus qui adoretur, adorabilis,

Chrysost. hom. 139. vol. V. p. 877. 41. *σήμερον τοιγαροῦν προςκυνήσιμος ἡμέρα τοῦ τιμίου σταυροῦ καθέστηκε.*

σταυρώσιμος cruce afficiendus,

σταυρώσιμος, furcifer, crucifer, (glossa).

τρόφιμος, alendus,

Callistr. stat. p. 906. *τὴν θηλὴν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ προςῆγε τὰς τροφίμους ἐπιστάζουσα πηγὰς τοῖς τροφίμοις.* Cfr. p. 33.

φύξιμος fugiendus,

Nicand. Ther. 54. *ἐν φλογιῇ καπνηλὸν ἄγει καὶ φύξιμον ὀδμήν* fumum spargit et odorem fugiendum.

III. Quaeritur, num haec adiectiva nominis aliquis casus sequi possit.

Jam iis, quae de horum adiectivorum modi significationibus exposui, vim eorum prorsus esse primariam, satis docuisse mihi videor. Quam ad confirmandam cum supra multa adiectiva idem, quod adiectiva vere verbalia valentia, multa participiorum et perfecti et praesentis vicem praestantia cognoverimus, haud minus adiectiva ex similitudine participiorum cum nominis casu coniuncta conferre puto neque eam ob causam copia deficiente exempla iam prolata repetere me piget; quae autem afferre possum, ea non solum ex decrepita quasi lingua Graeca sed vel ex optimis praestantissimisque auctoribus antiquitatis deprompta sunt.

Atque primum quidem cum accusativo adiectivi aut pronominis generis neutrius coniuncta sunt haec:

Hom. h. Merc. 30. *σύμβολον ἤδη μοι μέγ᾽ ὀνήσιμον.* Aeschyl. Prom. 904. *ἀπόλεμος ὅδε γ᾽ ὁ πόλεμος, ἄπορα πόριμος.* Aristoph. Av. 1476. *δένδρον χρήσιμον μὲν οὐδέν,* Xenoph. Anab. II. 5. 28. *ὅσα ἐμοὶ χρήσιμοι ἔσεσθε,* alia.

Cum accusativo pronominis relativi generis feminini coniunctum est *πορεύσιμον* ap. Eurip. El. 1046. *ἔκτειν᾽, ἐτρέφθην, ἥνπερ ἦν πορεύσιμον.* — Quin etiam Sophocles ab adiectivo *φεύξιμο-* accusativum pronominis personalis suspendit; cfr. Antig. 786. *καί σ᾽ οὔτ᾽ ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς οὔθ᾽ ἁμερίων σέ γ᾽ ἀνθρώπων.* — Jam ut in usu est *καταπαύειν (τινὰ) τινός,* sic etiam invenitur *ἡμέρα κακαπαύσιμος τῶν ἔργων.* Greg. Naz. I. p. 699.

Sunt autem formae huius generis nomina atque eam ob causam, ut in nominibus verbalibus fieri solet, ab eis genitivum obiecti pendere consentaneum est.

Cfr. Dionys. Hal. IV. 44. *τὰς ἐξαγωγίμους τῶν ὑδάτων τάφρους.* Theophr. fr. III. 6. 44. *ἡ δὲ τοῖς ἐμψύχοις σώμασι ἐνυπάρχουσα θερμότης . . . γόνιμος ἤδη γίνεται τῶν ὁμοίων.* Plut. mor. 165. A. *ἡ πολυμιγία βλαβερὸν καὶ γόνιμον ἀλλοκότων ποιοτήτων.* Aelian. VII. 5. *ἡ γῆ ἡ Λίβυσσα πολλῶν καὶ ποικίλων θηρίων γόνιμός ἐστιν.* Dioscorid. II. 75. *καὶ ὁ ἐξ αὐτοῦ ὀρρὸς κυνῶν τροφιμώτατος.* Eurip. Tr. 1302. *ἰὼ γᾶ, τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων*, alia.

Atque haec quidem ad activam horum adiectivorum vim spectant; passiva autem vis inde apparet, quod eodem modo quo participia passivi et adiectiva verbalia cum praepositionibus usitatis coniunguntur.

a) cum *ὑπό* et genit:

Aristot. pol. p. 1342a. 28. *καὶ γὰρ ὑπὸ ταύτης τῆς κινήσεως κατοκώχιμοί τινές εἰσιν·* Synes. epist. 44. *λίαν ὑπὸ συνηθείας ἁλώσιμος ὤν.* Hesych. *θρεπτός· τρόφιμος ὑπὸ τρεφουσῶν.*

In locum praepositionis *ὑπὸ*, ut fit in passivo, succedit

b) *πρός* c. genit.:

Συν· λέξ. χρησ. p. 373. *ἀκουσίμη ἀντὶ τοῦ ἀκουστή. Σοφοκλῆς· Σπουδὴ γὰρ ἡ κατ᾽ οἶκον ἐγκεκρυμμένη οὐ πρὸς θυραίων οὐδαμῶς ἀκουσίμη.*

c) *παρά* c. genit.:

Plut. mor. 604. D. *αἱ δ᾽ ἄλλαι πόλεις πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς ἄλλαι παρ᾽ ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι.* Polyb. XII. 5. 5. *σύνοιδα γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὁμολογοῦσιν, ὅτι παραδόσιμος αὐτοῖς ἐστιν αὕτη ἡ περὶ τῆς ἀποικίας φήμη παρὰ πατέρων.*

d) *ἐκ* c. genit.:

Aristot. mor. p. 1179. 68. *ποιῆσαι ἂν κατοκώχιμον ἐκ τῆς ἀρετῆς.* Apoll. Rhod. II. 605. *ὃ δὴ καὶ μόρσιμον ἦεν ἐκ μακάρων.*

e) Eadem vice fungitur *ἐν* c. dat.:

Pind. Nem. III. 76. *πόμ᾽ ἀοίδιμον Αἰολῇσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν·* Cfr. Isthm. IV. 27. *κλέονται δ᾽ ἔν τε φορμίγγεσσιν ἐν αὐλῶν τε παμφώναις ὁμοκλαῖς* et Ol. IV. 2. *ὧραι ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς ἑλισσόμεναι.*

Neque vero raro haec adiectiva dativus instrumenti sequitur:

Soph. Phil. 884. *τὸ δ᾽ ἁλώσιμον ἐμᾷ φροντίδι.* Eurip. Hel. 1622. *κεἰ μὴ ἦν ἁλώσιμος ναῦς διώγμασι.* Anth. Poll. III. 32. *τίπτ᾽ ἐμὲ τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον, ἠλεὲ τέκτον, τήνδε πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσιπόρον.* Paus. I. 26. 7. *ὃς πυρὶ οὐκ ἔστιν ἁλώσιμος.* Nicand. Ther 603. *πῖνε δὲ μιξάμενος κυάθῳ τρὶς ἀφύξιμον οἴνην.* Aristot. hist. anim. p. 572a. 32. *οὕτω δὲ*

σφόδρα κατοκώχιμοι γίνονται τῷ πάθει. Syn. p. 62. B. *μένουσι χρόνον ὑπόσυχνον τοῖς αὐλήμασι κατακώχιμοι τουτέστι ἅλωτοί.* Bekk. anecd. p. 255. 5. *ἐπίληπτον· τὸν ἐπιλήψιμον τῷ τῆς σελήνης πάθει.*

IV. Quaenam nostris adiectivis cum adiectivis verbalibus intercedat significationis necessitas.

Adiectiva verbalia ab eadem vi veritatis ad eandem significationum varietatem (facultatis, necessitatis) processisse ac nostra adiectiva et in utrisque veritatis facultatisque usum superare necessitatis, hoc supra significavimus atque cum testimoniis antiquorum grammaticorum et lexicographorum tum literarum monumentis ipsis confirmavimus. Jam ut adiectiva verbalia quamvis maiore ex parte sint generis passivi, tamen ab significatione activa haudquaquam abhorrent (cfr. Moiszisstzigii quaest. p. 68. sqq.) atque adeo saepius utramque vim una comprehendunt (cfr. *πολύκλαυτο-, καταληπτό-* alia), ita etiam in nostris adiectivis fieri solet. Quin etiam altera ad alterorum constructionem valuisse vidimus (cfr. *πορεύσιμον* p. 36. sqq.).

Attamen multa restant, unde quanta significationis propinquitate utriusque generis adiectiva inter se contineantur, etiam magis eluceat eaque hoc loco paucis exsequi mihi liceat.

Atque primum quidem multa adiectiva verbalia in *-το-* et *-ιμο-*, *-σιμο-* exeuntia, ut ab eadem verbi stirpe orta sunt, ita eandem praebent significationem velut:

αἰδέσιμος venerandus — *αἰδεστός*,
ἀκούσιμος qui audiri potest — *ἀκουστός*,
ἁλώσιμος qui capi potest — *ἁλωτός*,
ἀμφισβητήσιμος de quo est controversia — *ἀμφισβήτητος*,
ἀράσιμος, ἐπ- exsecrandus — *ἀρατός, ἐπ-*,
βάσιμος qui transiri potest — *βατός*,
ἐκβόλιμος eiectus — *ἔκβλητος*,
βρώσιμος edulis — *βρωτός*,
δράσιμος faciendus — *δραστέος*,
γελάσιμος ridendus — *γελαστός*,
ἐγέρσιμος qui excitari potest — *ἐγερτός*,
εὐόλκιμος qui facile trahi potest — *εὔελκτος*,
ζητήσιμος expetendus — *ζητητός*,
περιθέσιμος circumiectus — *περίθετος*,
θηράσιμος qui venando capi potest — *θηρατός*,
ἰάσιμος sanabilis — *ἰατός*,
ἀφέσιμος remissus — *ἄφετος*,
ἱππάσιμος qui perequitari potest, — *ἱππαστός*,
κρύφιμος occultus — *κρυπτός*,

ἐπιλήψιμος qui capitur, vituperandus — ἐπίληπτος,
λύσιμος qui solvi potest — λυτός,
μαστιγώσιμος flagellandus — μαστιγωτέος,
μισθώσιμος elocari solitus — μισθωτός,
μόνιμος manens — μενετός,
περιοδεύσιμος qui circumiri potest — περιοδευτος,
οἰκήσιμος qui incolitur, incoli potest — οἰκητός,
ἐπόψιμος qui aspici potest — ἔποπτος,
περάσιμος qui transmitti potest — περατός,
πόσιμος potabilis — ποτός,
τρώξιμος esculentus — τρωκτός,
φύρσιμος mixtus — φυρτός,
χρήσιμος utilis — χρηστός, alia.

Qua significationum necessitate etiam hoc efficitur, ut utriusque generis adiectiva inter se quasi quodammodo subveniant; fit enim, ut eas significationes, quae nunc quibusdam adiectivis verbalibus nunc nostris adiectivis desint, aut haec aut illa suscipiant. Atque omnino hoc commemorandum est, altera alterorum cum damno esse exculta ita, ut quo frequentiore in usu sint haec quoque magis amplificatas habeant significationes, eo rarior illorum sit usus pauciores que potestates comprehendat. Itaque multa adiectiva verbalia nisi vim passivam non habent, cum quae illis ex nostris adiectivis respondeant, solam vim activam praebeant: ἀκέσιμος qui sanare potest, nunquam qui sanari potest, ἀκεστός qui sanari potest, ἀνύσιμος ad finem perducens (vis passiva reperitur solum ap. Jambl. de vit. Pyth. p. 113.), ἀνυστός qui perfici potest, κρίσιμος diiudicans, κριτός electus, μάχιμος qui pugnare potest, μαχητός qui domari potest, alia.

Nostra adiectiva magna ex parte, cum verbalia raro inveniantur, horum vices variis suis significationibus implent. Itaque cum adiectiva verbalia ἀκτός ductus, γενητός genitus, πεμπτός missus, θρεπτός nutritus, στατός stans, constans, paucis illis locis ubi inveniantur, hanc unam potestatem praebeant, ceteras, quae his desunt, significationes adiectiva usitatissima, de quibus supra disputavimus, ἀγώγιμος, γόνιμος, πόμπιμος, τρόφιμος, στάσιμος complectuntur; πορευτόν significat id, quod transiri aut proficisci potest; πορεύσιμον cum his significationibus vim activam mittendi (πορεύειν) coniungit (cfr. p. 20.).

Quod contra nonnulla adiectiva verbalia his adiectivis praestant significationum numero maiore usuque frequentiore velut αἱρετός qui capi potest, eligendus, electus, αἱρέσιμος qui capi potest, καμπτός qui flecti potest, flexus, κάμπιμος flexus, ἐδεστός qui edi potest, devoratus, ἐδώδιμος qui edi potest. — Jam sunt adiectiva in -ιμο- -σιμο- cadentia, quorum nisi significatio veritatis literarum monumentis non confirmetur, cum adiectiva verbalia iis

respondentia solum facultatis vim exhibeant: *παραδόσιμος* traditus, qui traditur, tradens, *παραδοτός* qui tradi potest: at *πλεκτός* nexus, veritatem tantum, *πλόκιμος* qui necti potest, solum facultatem designat.

Multorum autem verborum exstat adiectivum in -*τέο*- cadens, in -*το*- non item, atque huius functiones nostra adiectiva suscipiunt: *εἰςαγώγιμος* — *εἰςακτέος*, *αὔξιμος* — *αὐξητέος* (Menand. Rhet. p. 193. Spengel), *ἐμβόλιμος* — *ἐμβλητέος*, *ἀπο- διαδόσιμος* — *ἀπο- δια- δοτέος*, *ἐργάσιμος* — *ἐργαστέος*, *θύσιμος* — *θυτέος*, *ἐπιζητήσιμος* — *ἐπιζητητέος*, *καταπαύσιμος* — *καταπαυστέος*, *ὁδεύσιμος* — *ὁδευτέος*, *παιδοποιήσιμος* — *παιδοποιητέος*, *πένθιμος* — *πενθητέος* (Apoll. Tyan. epist. 58.), *παραπόμπιμος* — *παραπεμπτέος*, *προςφόριμος* — *προςοιστέος*, *καταφύξιμος* — *καταφυκτέος*, *ὠφέλιμος*, *ὠφελήσιμος* — *ὠφελητέος*.

Neque vero pertenuis est numerus verborum, unde verbalia simplicia omnino non profecta sunt, quamvis facile fingi potuerint et cum aliis voculis coniuncta ex parte inveniantur. Quorum in locum succedunt nostra adiectiva: *ἀλέξιμος*, *γεωργήσιμος*, *δικάσιμος*, *ἐν-ἐπι-δικάσιμος*, *ἐν-ἐπι-δόσιμος*, *εὐνάσιμος*, *ἐρέψιμος* (*στεγάσιμον ἢ βοσκηματῶδες χωρίον* Hesych.), *ἐρείψιμος*, *ζώσιμος*, *ἐκθύσιμος*, *ὑπεκθέσιμος*, *κατακαύσιμος*, *καταλεύσιμος*, *ἐπιμόνιμος*, *ναυκληρώσιμος*, *ναυπηγήσιμος*, *νωμήσιμος*, *διοδεύσιμος*, *παροδεύσιμος*, *ἐξοικήσιμος*, *ὀνήσιμος*, *ποίνιμος*, *ἐμποίνιμος*, *διαπόμπιμος*, *ἐκστρατεύσιμος*, *διατοξεύσιμος*.

Accedunt nonnulla adiectiva, quae quoniam verbalia in -*το*- exeuntia in substantivorum usum abierunt, horum vice fungi mihi videntur. Quod imprimis valet de *ἀρόσιμο-*, *ἀρώσιμο-*, cum quae illis respondeat forma *ἀροτό-*, agrum aratum, arva significet (cfr. Spitzneri excurs. XXX. ad. Iliad., Passovii lex. s. h. v. et *ἀμητό-*); at adiectivum verbale *ἀροτό-* nunquam in dicendi consuetudine fuit et tantummodo a grammaticis commemoratur. Quae cum ita sint, usum frequentissimum adiectivi *ἀρόσιμο-*, *ἀρώσιμο-* in adiectivi verbalis defectu positum esse nescio an mihi concedas. Atque ut omittam adiectivum *προβάσιμο-*, quod, quoniam *πρόβατα* pecora designant, et ipsum adiectivi verbalis defectui succurrere mihi videtur, adiectivi *σπόριμο-* usum creberrimum eo contineri apparet, quod *σπαρτούς* antiqui Graeci Spartos tantum, heroes illos terra editos, aut eorum progeniem intellegebant. Cfr. Soph. Oed. Col. 1534. quaeque Wunder ad hunc locum adnotavit. Eurip. Suppl. 594., Plat. Soph. 247. C. At *σπαρτό-* ut sollemne adiectivum verbale primum legitur ap. Athen. II. 22. E., *σπαρτέο-* ap. Clem. Alex. strom. p. 220. 25., Geop, II. 20. 14. 23.

Atque cum horum, quae attuli, adiectivorum usum frequentissimum ex angusta adiectivorum verbalium significatione profi-

cisci recte mihi concludere videar, multa ex nostris adiectivis cur verbalium defectui subveniant, causam aperire nequeo. Quamvis enim verborum cognatorum perfectum et aoristus passivi, quorum stirpis formam non illam quidem a principio sed temporis progresssu Graeci verbalibus subicere consueverunt (cfr. Curtii verb. II. p. 359), in optimorum scriptorum usu sit, tamen adiectiva verbalia vitata esse constat. Quorum in locum succedunt adiectiva cognata in *-ιμο-*, *-σιμο-* exeuntia:

κούριμος, (*κείρω*), perf. pass. *κέκαρμαι* Eurip. Hec. 910., aor. pass. *καρῇ* Herod. IV. 27.; *καρτό-* Geop. II. 2. 32. demum scriptum videmus.

γόνιμος, Hippocr, Aristoph. Ran. 96., Eurip. El. 1209., Alc. 8., *γεγένηται* Aeschyl. Choeph. 379.; *γενητό-* exstat ap. Plat. demum Tim. p. 28. B.

δόκιμος, *δέδογμαι* Aeschyl. Suppl. 601. simplex adiectivum verbale deest; *ἀδόκητο* Hesiod. fr. 31.

κλόπιμος, — Soph. Antig. 681. *κέκλεμμαι*, Eurip. Or. *ἐκλέφθην*; formam *κλέπτον* Aristoph. Vesp. 900. viri docti participium praes. act. esse docent, et pro *κλεπτέον* Soph. Phil. 57., quod codex Laurentiauus A exhibet, Nauckius *κρυπτέον* scripsit.

λόπιμος, Epicharm. 109. *λέλεμμαι*, *ἐκλαπῆναι* Aristoph. Ran. 211; adiectivum verbale non exstat.

μόριμος, *μόρσιμος*, Hom. Jl. XXI. 281. *εἵμαρτο*. Plutarchus (Alex. 30) demum causa nescio qua adductus est, ut praeter omnem adiectivorum verbalium similitudinem *εἱμαρτό-* fingeret.

πόριμος — *πεπαρμένος* Hom. Jl. XI. 633., *ἀναπαρείς* Herod. IV. 94.; adiectivum verbale nullum exstat.

Itaque cum horum verborum adiectiva verbalia eam ob ipsam causam, quod suppeditantibus nostris adiectivis non desiderarentur, evitata esse suspicari liceat, alia idcirco desunt, quia difficilia erant ad formandum, sive verbum huius modi non iam erat in dicendi usu, sive perfectum aut aoristus passivi non exstabant. Atque hanc ob causam *ἀοίδιμος* (*ἀείδω*), *ἄλκιμος* (*ἀλέκω*, *ἀλαλκεῖν*), *ἀλέξιμος* (*ἀλέξω*), *ὀφέλλιμος*, *ὀφέλσιμος* in adiectivorum verbalium locum prorsus successerunt; quo eodem referenda sunt *πτήσιμο-*, *ἐπαναπτήσιμο-*, *ἐκπετήσιμο-*, quoad quidem verbi *πέτομαι* nisi derivativum illud perfectum non exstat.

Atque quoniam adhuc multa adiectiva in *-ιμο-*, *-σιμο-* cadentia verbalium vice fungi demonstravimus, nunc quatenus haec illis subveniant exponendum esse videtur. Quod tum fere fieri solet, cum adiectivi notio definitur aut negatur velut particulis *ἀν-*, *εὖ*, *δυς-* aut nomine praefixo. Est enim hoc adiectivorum, de quibus agitur, proprium, ut perpaucis exceptis neque cum particula ulla neque cum alio nomine, sed praepositionibus tantum

coniungantur. Imprimis haec lex pertinet ad *α* privativum, quod quam alienum ab iis sit, ad docendum pauca exempla sufficiunt: Aristot. probl. p. 871a. 23. *τὸ δὲ σπέρμα οὐ γόνιμον*, h. an. 544b. 15. *τὸ γὰρ τῶν νέων ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τὸ μὲν πρῶτον ἄγονον, γονίμων δ᾽ ὄντων*, ibid. 736a. 35. *ἀγονώτεροι γάρ εἰσι τῶν μετριαζόντων διὰ τὸ μὴ γόνιμον εἶναι τὸ σπέρμα*, 585a. 30. *τὸ δὲ γάλα τὸ γινόμενον πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν ἄχρηστόν ἐστιν· ἀλλ᾽ ἅμα τά τε παιδία γόνιμα καὶ τὸ γάλα χρήσιμον.* Alexand. Aphrod. de anima 2. *ἀλλ᾽ ἔστι πολλὰ τῶν ὄντων, ἃ τὴν ὕπαρξιν ἔχει γνωριμωτάτην, ἀγνωστοτάτην δὲ τὴν οὐσίαν.* Quare adiectiva verbalia quoniam huic legi non sunt subiecta, maxime idonea erant, quae in hunc eorum locum succederent.

Itaque cum antea multa adiectiva in *-ιμο*, *-σιμο-* cadentia significatione sua verbalibus eiusdem stirpis respondere viderimus, compositio nisi ad haec non pertinet: *ἀκούσιμος* — *ἀκουστός*, *εὐάκουστος*, *ἁλώσιμος* — *ἁλωτός*, *ἀ- δυς- εὐάλωτος*, *βάσιμος* — *βατός*, *ἀ- δυς- εὔβατος*, *βρώσιμος* — *βρωτός*, *ἀ- δυς- εὔβρωτος*, *ζητήσιμος* — *ζητητός*, *ἀ- δυσζήτητος*, *λύσιμος*, *ἀπολύσιμος*, *καταλύσιμος* — *παγόλυτος*. alia.

Multorum verborum adiectiva verbalia eaque simplicia, quamvis facilia essent ad fingendum, non exstare eorumque vicem nostra adiectiva suscipere cognovimus; at in compositione mutua vice haec desunt atque defectui huic illa subveniunt; velut adiectivis *αὔξιμο-*, *δικάσιμο-*, *ὁδεύσιμο-*, *ἐνδόσιμο-*, *ἐπιδόσιμο-*, aliis (cfr. p. 42. sqq.) verbalia nulla respondent; quod contra composita *νεοαύξητο-*, *ἀδίκαστο-*, *ἀδιόδευτο-*, *ἀν- δυς- εὐένδοτο-*, *ἀνεπίδοτο-* nullum ex nostris adiectivis prosequitur. Ceterorum autem verborum, quorum forma adiectivum in *-ιμο-* *-σιμο-* cadens, verbale non formari item patiebatur, ne verbalia composita quidem exstare eorumque in locum alias formas velut *ἄναλκιδ-* (*ἄλκιμο-*), *ἄνῳδο-* (*ἀοίδιμο-*) similia succedere consentaneum est. Atque ut hanc legem ad rem adhibeamus, inde *ἀφύξιμο-* non ut Lobeckius path. proleg. p. 164. et Dindorfius in Steph. thes. volunt, ex *α* privativo et *φύξιμο-* esse compositum rectissimeque scholiastam verbum *ἀφύσσειν* fontem eius esse censuisse apparet. Cfr. p. 27.

C. De adiectivorum in -ι-μο- -σ-ι-μο- cadentium forma et origine.

I. De adiectivis suffixo -ι-μο- formatis.

Disputatione mea id, quod ad unum omnes grammatici antiqui et nostrae aetatis viri docti, qui de hac re sententiam tulerunt, confessi sunt, vim horum adiectivorum esse plane primariam satis docuisse mihi videor neque unquam tamen derivata ea esse quemquam statuere in animum inducturum fuisse, nisi casu nescio quo substantiva adiectivorum plerorumque stirpi convenientia exstarent, equidem ego persuasum habeo. Atque profecto his adiectivis cum nominibus vere derivatis primo obtutu magnam formae similitudinem intercedere et -ι- illo inter stirpem et suffixum inserto a sollemni forma nominum primariorum distingui concedendum est. Quare de horum adiectivorum forma et origine disputaturo primum de huius literae natura atque indole quaestionem instituam necesse esse videtur. De paucis autem huius generis adiectivis vere derivatis, quae dicam, non habeo; quae sive ita a ceteris secernimus, ut suffixum -ιμο- et primarium et secundarium statuamus, sive ad ceterorum similitudinem ea efficta esse credimus, ad totum hoc genus formarum nihil valent.

a. Quaeritur num -ι- illud suffixi -ι-μο- sit derivationis signum.

α) comparatis suffixis vere secundariis.

Haec similitudo, quam suffixo -ιμο- cum suffixis vere secundariis intercedere videri diximus, specie efficitur, re multum inter se differunt. Quod tum nobis liquebit, si magnam multitudinem nominum per suffixa -ικό-, -ίδιο-, -ινο-, -ιο-*) ab aliis derivatorum eorumque significationem et formam cum nostris adiectivis comparabimus. Atque primum quidem vi verbali prorsus carere illa solent, quae plerumque vel ab ipis nominibus subiectis abest. Jam cum in illis totam fingendi rationem eo, quod nominis stirps ante suffixum secundarium vocalem primarii nunc exhibet nunc non exhibet, persequi possimus, huius vocalis in adiectivis nostris nec vola nec vestigium apparet; quin etiam quoniam permulta eaque antiquissima adiectiva suffixum -ιμο- cum ipsa verbi stirpe coniunctum praebent et ceteris, in quibus ante -ιμο- suffixi primarii consonae apparent, verba derivativa, quae aut exstant aut fingi possunt, subicere licet, dubito an suffixum -ιμο- verbi stirpi aut primariae aut secundariae affigi solitum esse statuere possis.

*) suffixi -ιο- illud -ι- licet aliud sit ac ceterorum suffixorum, sed usus est idem.

Quod ut accuratius exponam, nonnulla suffixa secundaria persequens ab -ιο- initium capio. Quo in suffixo inde a principio haec valet lex, ut -ιο- cum stirpibus in consonas aut -α- vocalem desinentibus sine ulla mutatione nominis subiecti, nisi quae ex elementorum pathologia evadit, coniungatur; cfr. Aly, de nominibus -ιο- suffixi ope formatis p. 9. et 13. Itaque apud Homerum inveniuntur δαιμόν-ιο-, ὑπασπίδ-ιο-, ὑπογάστρ-ιο- (γαστέρ-), γερούσ-ιο- pro γερόντ-ιο- (γέροντ-), φιλοτήσ-ιο- (φι-λότητ-), ἀπειρέσ-ιο- (πεῖρατ-), ὀνείρε(σ)-ιο- (ὀνειρατ-), ἑρκε(σ)-ῖο- (ἕρκες-), ἀφνε-ιό- (ἄφενεσ-), ὀνείδε(σ)-ιο- (ὄνειδες-), κήδε(σ)-ιο- (κῆδες-) alia; ex femininis autem suffixo -α-(η) formatis huc pertinent: ἀγελα-ῖο- (ἀγέλη), ἀναγκα-ῖο- (ἀνάγκη), βία-ιο- (βίη), γεννα-ῖο- (γέννα), δίκα-ιο- (δίκη), κρηνα-ῖο- (κρήνη), πετρα-ῖο (πέτρη), alia; quibus ex temporibus Homerum insequentibus adicio: ἀγορα-ῖο- (ἀγορά), ἀγυια-ῖο- (ἀγυιά), ἀελλα-ῖο- (ἄελλα), ἀκμα-ῖο- (ἀκμή), ἀρχα-ῖο- (ἀρχή), βουλα-ῖο- (βουλή), γωνια-ῖο- (γωνία) νυμφα-ῖο- (νύμφη). Accedunt nomina masculina -ο- suffixo formata; quorum -ο- cum raro ante -ιο- servatum sit velut in ποῖο- (cfr. πό-σο-, πό-τερο-, Sanscr. ka-, Lat. quo- cfr. Curtii Grdz.[5] 466), ὁπο-ῖο- ἀλλο-ῖο- (ἄλλο-), ἑτερο-ῖο- (ἕτερο-), ὁμο-ῖο- (ὁμό-) (cfr. Aly. p. 22.), in multis transiit in -ε-: ἀγρε-ῖο- (ἀγρό-), ἀμπέλε-ιο- (ἄμπελο-), ἀνθρώπε-ιο- (ἄνθρωπο-), δούλε-ιο- (δοῦλο-), ἑταιρε-ῖο-, (ἕταιρο-), ἵππε-ιο- (ἵππο-), κάπρε-ιο- (κάπρο-), χρύσε-ιο- (χρυσό-), χάλκε-ιο- (χαλκό-) vel -ι- illo eliso χρύσε-ο-, χάλκε-ο-, ἀργύρε-(ι)ο- μαρμάρε-(ι)ο-, λίθε-(ι)ο-, πορφύρε-(ι)ο-; quorum ad similitudinem etiam nonnulla adiectiva a femininis derivata sunt: νυμφε-ῖο- a νύμφη- praeter νυμφα-ῖο-. At quod in nominibus -ο- suffixo formatis fieri solet, ut -ε-(ο) ante -ιο- elidatur, velut in δούλ-ιο- praeter δούλε-ιο-, ἄγρ-ιο- (ἀγρε-ῖο-) κάπρ-ιο- (κάπρε-ιο-) ἑταίρ-ιο- (ἑταιρε-ῖο-), ἵππ-ιο- (ἵππε-ιο-), νύμφ-ιο- (νυμφε-ῖο-, νυμφα-ῖο-), id temporis progressu etiam ad ea manabat, quorum stirps in consonam aut -α- vocalem caderet. Itaque cum in ἀσέλγε(σ)-ια- (ἀσελγές-) aliis -ε- semper servatum sit, ad usitata nomina εὐγένε(σ)-ια- (εὐγενές-) ὠφέλε(σ)-ια- (ὠφελές-), τημέλε(σ)-ια- (τημελές-) eliso illo -ε- accedebant formae ὠφελ-ίη, εὐγεν-ία τημελ-ίη; cfr. ὑποβένθ(εσ)-ιο- (βένθες-), ὁμοέθν(εσ)-ιο- (ἔθνες-), θάλπ(εσ)-ιο- (θάλπες-), ἐπικήδ(εσ)-ιο- alia (cfr. Aly. p. 10); eodem modo ex ἀκτα-ῖο- (ἀκτή) ἄκτ-ιο-, ex βουλα-ῖο- (βουλή), ἑορτα-ῖο- (ἑορτή), ὡρα-ῖο- (ὥρα), βούλ-ιο- ἑόρτ-ιο-, ὥρ-ιο- evaserunt.

Quod idem cernitur etiam in derivationis suffixo -ικό-, etsi exempla, ubi illud cum nominis stirpe non mutata coniunctum est, admodum rara sunt. Cfr. Budenzii, das Suffix κός (ικός, ακός, υκός) im Griech. Itaque ab Ἄρες-, ἀρε(σ)-ικό-, a Δεκελεύ- Δεκελε(ϝ)-ικό-, ab **Εὔβοεύ- Εὐβοε(ϝ)-ικό-**, ab ὀρεύ- ὀρε(ϝ)-ικό-, a κεραμεύ- κεραμε(ϝ)-ικό-, nulla mutatione adhibita, nisi quae ex elementorum pathologia ut supra proficiscitur, descenderunt. Quod

contra in *Εὐβο-ικό-, ἱρ-ικό-, κεραμ-ικό-* nominis subiecti suffixum ante *-ικό-* evanuit, atque hoc quidem in ceteris huius generis adiectivis, imprimis iis, quae a nominibus suffixis *-ο-*, *-α-* formatis originem duxerunt, vulgo fieri solet. Verum tamen nomen *ἀγροῖκο-* Budenzius p. 30. compositum esse, quod dicunt, Bahuvrîhi, ex *ἀγρό-ϝοικο-* ortum suo iure negans, ex nominis stirpe *ἀγρό-* et suffixo *-ικο-* constare studet comprobare. Quod si ita se habet, hoc unum exemplum eam nobis formam praebet, quam in ceteris animo fingere nobis licet.

Atque ut ad suffixum *-ίδιο-* transeamus, huius usus ab superiore *-ικό-* non multum distat. Etenim cum *-α-* et *-ο-* stirpis ante *-ίδιο-* elidi soleant velut in *ἀρχ-ίδιο-* (*ἀρχή*), *ἑταιρ-ίδιο-* (*ἑταίρα*), *θυρ-ίδιο-* (*θύρα*), *κορ-ίδιο-* (*κόρη*), *κρην-ίδιο-* (*κρήνη*), *ἀγρ-ίδιο-* (*ἀγρό-*) *ἀδελφ-ίδιο-* (*ἀδελφό-*), *δημ-ίδιο-* (*δῆμο-*), *καπρ-ίδιο-* (*κάπρο-*), aliis, nominum, quorum stirps in *-ες-*, *-ευ-*, *-ι-*, *-υ-* exit, magna est ante hoc suffixum inconstantia. Quam significat Choeroboscus in Etym. Magn. p. 560. II: *λεξείδιον· εἰ μὲν ἀπὸ τῆς ῥήσεως, ῥησείδιον, ἀπὸ δὲ τῆς ῥήσιος γενικῆς Ἰωνικῶς ῥησίδιον, καὶ τὰ ὅμοια.* At Etym. Gud. p. 126. 51. solam terminationem *-ε-ίδιο-* commemorat: *γλυκείδιον· ἀπὸ τῆς γλυκέος γενικῆς γέγονε γλυκείδιον, ὡς πράξεως πραξείδιον καὶ λέξεως λεξείδιον·* pro autem *γλυκε-ίδιο-* etiam *γλυκ-ίδιο-* ut pro *ξιφε-ίδιο-* *ξιφ-ίδιο-* invenitur, neque omnino quod grammatici de genitivo ut de fonte harum formarum dicunt, id aut re aut ratione comprobatur. Si enim et *ἀμφορε(ϝ)-ίδιο-* et *ἀμφορ-ίδιο-* (*ἀμφορεύ-*), *βασιλε-ίδιο-* (*βασιλεύ*), *κτησε-ίδιο-* et *κτησ-ίδιο-* (*κτῆσε-ως*), *ἑξε-ίδιο-* et *ἑξ-ίδιο-* (*ἕξε-ως*) leguntur, huius rei causa est haec, quod stirpis *-ε-* nunc servatur, ut etiam in huius modi nominibus ante alia suffixa fieri solet, nunc eliditur, ut fere fit in nominibus *-ο-* (*α*) suffixo formatis. Cfr. Lobeckii path. prol. p. 394.

Jam suffixum *-μο-*, *-ιμο-* cum *-νο-*, *-ινο-* comparare iuvat; quod eam ego ob causam ad illius usum intellegendum permultum conferre puto, quod a principio tanta inter ea et cum stirpe coniunctionis et significationis similitudo intercedit, ut in quam diversas partes postea abscesserint non reputans facile ea confundere quodque in altero manifestum est, id ad alterum transferre possis. Utrumque enim suffixum sine magno significationis discrimine ad formanda substantiva et adiectiva verbalia a principio adhibebatur et temporis progressu etiam in usum secundarium transiit. Itaque eodem modo, quo suffixum -ma- in lingua Lituanica, Lettica, Slovenica ad fingenda participia passivi confertur, -na- in lingua Sanscrita et in dialectis Germanicis in locum usitati suffixi -ta- interdum succedit: Sanscr.: stîr-ṇá- (stratus), pûr-ṇá- (ple-nus, ple-tus), Got.: baúra-na-, stiga-na-, Thiud.: gebore-n, gesti(e)ge-n (cfr. nas-i-da-, genähr-t, haus-i-da-

ge-hör-t.). Eodem suffixo substantiva verbalia ficta sunt: Sanscr.: sváp-na- (cui Gr. ὕπ-νο-, Lat. som-no- = *sop-no- respondet), jaǵ-ñá-, (Gr. ἁγ-νό-); ex lingua Latina huc pertinent: do-no- (Sanscr. dā́-na-) reg-no-; ex formis Graecis affero: ὦ-νο- (Sanscr. vas-ná-, Lat. ve-no-), λύχ-νο- (Lat. lu(c)-na-), τέκ-νο- (Lat. tig-no-), σεμ-νό- = *σεβ-νό- a σέβεσθαι, στυγ-νό- (aor. ἔ-στυγ-ο-ν), δει-νό- (δέ-δι-μεν), πυκ-νό-, cui cognata sunt Lat. pug-no-, pugna- (cfr. Fickii Vgl. Wrtb. II. 154.); ita apparet, -ι- illud in πυκ-ι-νό- esse vocalem insertam (cfr. ἐλ-ι-νύω, ὀρ-ῑ-νω = *ὀρ-ί-νϝω = *ὀρ-ι-νύ-ω = ὄρ-νυ-μι. C. Verb. I. p. 245.).

Quae omnia ut ab usu suffixi -μο- minime aliena sunt, ita suffixum secundarium -ινο- ab -ιμο- et significatione et ratione, qua utrumque cum nominis stirpe coniungitur, longissime est disiunctum.

Neque enim latius patet hic usus nominum Graecorum suffixo -νο- (-ι-νο- cfr. πυκ-ι-νό-) primario formatorum multoque magis nomina secundario suffixo -ινο- et a substantivis et ab adiectivis et adverbiis derivata vigent. Atque primum quidem horum vim secundariam esse ex eo ipso, quod a quibuslibet stirpibus eisque, quae significatione verbali plane carent, derivari solent, satis intellegi potest. Formationes autem vel suffixi -ινο- cum stirpibus coniunctiones cum universae ad nomina in -ιο-, -ικό-, -ίδιο- cadentia proxime accedant, singulae tamen etiam magis liquent.

Primum igitur -ινο- sine ulla mutatione cum ipsa nominum stirpe coniungitur et in consonam exeuntium: ἐλεφάντ-ινο-, θριδάκ-ινο-, κεράτ-ινο-, σταίτ-ινο- (σταιτ-ός, σταίς) δρακόντ-ινο- et in vocalem: γή-ινο- (γῆ) δρύ-ινο- (δρῦς δρυ-ός), λά-ϊνο- (λᾶς λα-ός). In nominibus suffixo -ες- formatis -σ- illud ante -ινο- eliditur ex elementorum pathologia: ἀλγε(σ)-ινό- (ἄλγος), ἀνθε(σ)-ινό- (ἄνθος), ὀρε(σ)-ινό- (ὄρος), σκοτε(σ)-ινό- (σκότος), φαε(σ)-ινό- (φάος), ψυχε(σ)-ινό- (ψῦχος); ab αἰπύ-ς, αἰπέ(ϝ)-ος derivatum est αἰπε(ϝ)-ινό. Stirpis -ο- ante -ινο- ut alias fieri solet, in -ε- transiit: ἐρατε-ινό- (ἐρατό-), κρανέ-ϊνο- (κράνο-), πεδιε-ινό- (πεδίο-), ποθε-ινό- (πόθο-).

Horum autem nominum rationem nonnullae stirpes, quarum -α- finalis, ut in compositis fieri solet (cfr. δικογράφο- (δίκη), ῥιζοτόμο- (ῥίζα), ἡμερόκοιτο- (ἡμέρα), in -ο- mutatur, sequuntur; itaque ab ἀλέα- (*ἀλεο-) ἀλεε-ινό-, ab εὐδία- (*εὔδιο-) εὐδιε-ινό- descenderunt. Neque tamen in his mutationibus lingua Graeca constitit, sed illius -ι- ponderi ac gravitati si quid vocalium suffixi primarii reliquum erat, cessit, ita ut -ινο- ipsi nominis radici affigeretur. Quo factum est, ut ex ἀνθε-ινό- ἄνθ-ινο-, ex ψυχε-ινό- ψύχ-ινο-, sublato -ε- evaderet; ita vulgari σκοτε-ινό- Stephanus Byzant. σκοτ-ίνα- et trito ἀλγε-ινό- Hesiodus et alii ἀλγ-ινό-εντ- opponunt, atque eodem modo suffixum primarium -ες- in κλε-ινό-

= κλε(εσ)-ινό-, θερ-ινό- = θερ(εσ)-ινό-, σκύτ-ινο- = σκύτ(εσ)-ινο-, ἀληθ-ινό- = ἀληθ(εσ)-ινό- evanuit. — Quod idem cernitur in iis nominibus, quorum stirpes in -ο-, -α- exeunt, velut in locum usitatioris illius ποθε-ινό- in Anth. Pal. VII. 403. successit ποθ-ινό-. Quin etiam cum in iis adiectivis, quae a nominibus suffixo -ες- formatis descenderunt, stirpis -ε- illud servari soleat, adiectiva a nominibus in -ο-, -α- desinentibus orta in contrariam partem discedunt. Itaque in illis, quae supra commemoravi, solis, quantum equidem scio, illius -ο- vel -α- loco positum ac servatum est -ε-. Quod contra -α- elisum est in:

ἀκάνθ-ινο- (ἄκανθα), βύρσ-ινο- (βύρσα), διφθέρ-ινο- (διφθέρα), ἐλά-ϊνο- (ἐλά(ι)α), ἐλάτ-ινο- (ἐλάτη), ἡμερ-ινό- (ἡμέρα), ἰτέ-ϊνο- (ἰτέα), κρίθ-ινο- (κριθή), καρύκ-ινο- (καρύκη), μύρρ-ινο- (μύρρα), μυρίκ-ινο- (μυρίκη), ὀπωρ-ινό- (ὀπώρα), μετοπωρ-ινό-, φθινοπωρ-ινό-, πέτρ-ινο- (πέτρα), χύτρ-ινο- (χύτρα).

Latius patent huiusmodi adiectiva a stirpibus -ο- suffixo formatis profecta: ἀμπέλ-ινο- (ἄμπελο-), ἀμυγδάλ-ινο- (ἀμύγδαλο-), γλαύκ-ινο- (γλαυκό-), ἑσπερ-ινό- (ἕσπερο-), θάψ-ινο- (θάψο-), κέδρ-ινο- (κέδρο-), κεράμ-ινο- (κέραμο-), κήρ-ινο- (κηρό-), κίσσ-ινο- (κισσό-), κόκκ-ινο- (κόκκο-), κυπαρίσσ-ινο- (κυπάρισσο-), λίθ-ινο- (λίθο-), μίλτ-ινο- (μίλτο-), μολύβδ-ινο- (μόλυβδο-), μύρτ-ινο- (μύρτο-), νάρδ-ινο- (νάρδο-), ξύλ-ινο- (ξύλο-), ὀστράκ-ινο- (ὄστρακο-), πλίνθ-ινο- (πλίνθο-), πτέρ-ινο- (πτερό-), πύξ-ινο- (πύξο-), πύργ-ινο- (πύργο-), πύρ-ινο- (πυρό-), πώρ-ινο- (πῶρο-), ῥόδ-ινο- (ῥόδο-), σύκ-ινο- (σῦκο-), σχοίν-ινο- (σχοῖνο-), ὑακίνθ-ινο- (ὑάκινθο-), φλό-ινο- (φλόο-), ψάμμ-ινο- (ψάμμο-).

Quin etiam in μεσημβρ-ινό- (μεσημβρ-ία), μέλ-ινο- (μελ-ία) suffixum -ια- et in πεδ-ινό- (πεδ-ίο-), quae forma praeter πεδ-ιε-ινό- in usu est, -ιο- vel -ιε- elisum est atque in ὄστ-ινο-, ut Attice dicitur pro ὀστ-έ-ϊνο- (ab ὀστ-έο-), illius -ο- elisionem -ε- secutum est.

Quibus ego in exemplis eam ob causam longior fui, ut, quantum inter utrumque suffixum in nativa proprinquitate cum significationis tum formae discrimen die intercessisset, demonstrarem.

Quoniam igitur, cum suffixum -ινο- nisi nominum stirpibus a verbali significatione alienis affigi non soleat, adiectivis, de quibus agitur, non solum vim verbalem sed ipsam verborum notionem subesse cognovimus, hoc quidem, inter utrumque suffixum nullam significationis propinquitatem intercedere satis liquere puto. Atque etiam rationem, qua secundaria suffixa cum nominum stirpibus coniungantur, eandem cadere ad suffixum -ινο-, et reliquias suffixorum primariorum cum ante -ιο-, -ικό-, -ίδιο-, alia tum ante -ινο- servatas huiusmodi nominum testari originem secundariam, ex iis, quae disputavimus de horum formatione, perspicuum est. Quare nunc exsistit quaestio, num et ipsa adiectiva in -ιμο-, -σ-ιμο- (liceat mihi haec anticipare) exeuntia signa haec derivationis prae se

ferant. Exstantne in hisce adiectivis vocales suffixi primarii aut earum vestigia ante -ιμο- ut in ἀρχ-α-ῖο-, κεραμ-ε(ϝ)-ικό-, γλυκ-ε-ίδιο-, ἑξ-ε-ίδιο-, ἀλγ-ε(σ)-ινό-, αἰπ-ε(ϝ)-ινό-, ποθ-ε-ινό-, aliis? Minime vero; immo formas, superioribus illis quae respondeant, velut *κύδε-ιμο-, *πένθε-ιμο- in omnibus literarum Graecarum monumentis frustra quaeremus, neque unquam in ulla dialecto *ἁλώσε-ιμο-, *ἐπιδόσε-ιμο-, *μόρσε-ιμο-, *ἄλκα-ιμο, vel *ἄλκε-ιμο, *πόρε-ιμο- vel simile quidquam in usu erat. — At in Corp. inscript. I. p. 759. in titulo Boeotico (1575) bis invenitur nomen Ὀφέλειμος, pro quo formam adiectivi ὀφέλσιμο- secutus Boeckhius Ὀφέλσιμο- scribendum esse censet. Ita si res se habet, lex proposita hac forma non violatur; sin autem probandum est, quod Beermannus in Curtii Stud. IX. p. 43. vult, ab ὄφελες- (ὄφελος) hoc nomen esse derivatum eodem modo, quo ἥδυμο- ab ἡδύ-, emanasseque Ὀφέλειμο- ex *Ὀφέλεσ-μο- productione suppletoria, res non huc pertinet.

Iam apud Hesychium scriptum videmus θερέσιμος· θερεστικός. Nonne hoc loco suffixum -ιμο- cum nominis stirpe servato suffixo primario -ες- coniunctum esse videtur? At si ita se res haberet, -σ- illud, quod inter duas vocales medium apparet, ex elementorum Graecorum pathologia, ut in ἀχθέ(σ)-ινό-, σκυτε(σ)-ινό-, elisum esset. Vera autem huius vocis origo ex interpretamento adiecto θερεστικός, cuius alterum -ε- et ipsum mirum est, apparet. Budenzius enim in commentatione supra laudata suffixum -τικό- ex -τι- et -κό- suffixis compositum esse, quorum illud antiquam formam pro solito -σι-, ut ad fingenda substantiva verbalia adhiberetur, exhiberet, ad liquidum confessumque perduxit. Quae cum ita sint, -τικό- stirpibus verbalibus tantum affigi solere consentaneum est exemplisque a Budenzio collectis comprobatur. Quare θερεστικό- non a θέρες- (θέρος) sed a θερίζειν ortum est neque a θεριστικό- (Strab. VIII. 831.) distat. Atque ut in θερεστικό- -ε- in locum usitatae vocalis -ι- successisse videmus, ita θερέσιμο- ad θερίσιμο- revocandum esse manifestum est. Minus recte igitur et Lobeckius path. proleg. p. 167. et M. Schmidtius in libro Hesychii pro θερέσιμο- θέρσιμο- scriptum voluerunt, estque θερέσιμο- vel θερίσιμο- eodem modo a θερίζειν ortum, quo ab ἀθροίζειν ἀθροίσιμο-, a δικάζειν δικάσιμο-, ab ἐνδοιάζειν ἐνδοιάσιμο- descenderunt. Ceterum idem -ε- pro vulgari -ι- praebent haec eiusdem Hesychii glossae: αἴνεγμα· αἴνιγμα, σέσυφος· πανοῦργος pro σίσυφος, σέλπον· σίλφιον, titulus Damocratis v. 16. πόλερ pro πόλιρ (πόλις), Corp. inscr. 655. Καλλενίκου pro Καλλινίκου, idem 8138. et 8141. Ἀρχεκλῆς pro Ἀρχικλῆς; Σεκυών erat nomen vernaculum pro Σικυών, quae forma est in usu vulgari. Quam rem G. Meyer nisi in scripturae differentia non esse positam censet; cfr. Griech. Gram. p. 84.

Quae cum ita sint, et ipsa formatione haec adiectiva a nominibus suffixis secundariis *-ιο-*, *-ικό-*, *-ίδιο-*, *-ινο-* formatis multum distare perspicuum est. Quod enim in ceteris fit, ut suffixum secundarium primario aut non aut paulum mutato affigatur, id in nostris adiectivis minime conspicitur; immo si, ut fit, suffixum primarium terminationem *-ιμο-* praecedit, vocales ante *-ιμο-* omnes evanescunt, ut, utrum adiectiva quaedam a nomine an a verbo derivato orta esse dicas, iusto iure possis dubitare; cfr. *νόσ-το-*, *νοστέω*, *νόσ-τ-ιμο-*, — *ποί-νη-*, *ποινάω*, *ποί-ν-ιμο-*, — *πο-τό-*, Lat. potare, *πό-τ-ιμο-*; ceterum *-ιμο-* ipsi verbi radici ei, quae in nominibus locum suum tenet, affigi solet. Quae res cum adeo in his adiectivis vigeat, ut — id quod in linguis rarissimum est — exceptio nulla fiat, non in casu posita esse potest, suffixumque *-ιμο-* a principio esse primarium satis mihi testari videtur; quin etiam ad verba cognata Graecos ipsos haec adiectiva revocasse ex quibusdam locis nescio an coniectura augurari possis; cfr. Xen. Anab. V. 1. 16. *καὶ τὰ μὲν ἀγώγιμα εἴ τι ἦγον*, Demosth. in Lacrit. p. 920. *ἄλλο δὲ μηδὲν ἀγώγιμον ἄγεσθαι*, Herod. *ἐμβόλιμον μῆνα ἐμβάλλουσι*, Plut. Caes. 59. *τὸν ἐμβόλιμον μῆνα προσέγραφον, ὃν Νομᾶς ὁ βασιλεὺς πρῶτον ἐμβαλεῖν λέγεται*, Cass. Dio. 43. 33. *ἡμέρα ἐμβόλιμος παρὰ τὰ καθεστηκότα ἐνεβλήθη*, Aristot. hist. anim. 575a. 28. *ὅτι δ' ἂν ἔμπροσθεν ἐξενεχθῇ τῶν εἰρημένων χρόνων, ἐκβόλιμόν ἐστι.* Nihil igitur ab initio erat, quod ante *-ιμο-* elideretur, suffixumque hoc cum ipsa verbi radice coniungebatur; unde hanc similitudinem ad paucas quasdam formas vere secundarias manasse crediderim.

β) Nonnullis adiectivis recensitis.

Iam quod ex nostrorum adiectivorum significatione atque ex usu universo suffixorum variorum colligendum esse censuimus, hoc nobis ad singula adiectiva redeuntibus mirum in modum comprobatur. Quamvis enim plerisque eorum substantiva cognata respondeant, atque eam ob causam utrum primaria an secundaria sint, ad statuendum difficillimum sit, tamen exstant huiusmodi adiectiva eaque antiquissima, quae quin primitiva esse concedas, facere non possis. Quae, etsi haud ita sunt multa, tamen ex literarum Graecarum monumentis omnium aetatum delibari posse valde iuvat. Ab Homero principium!

Φαίδ-ιμος splendens, splendidus, excellens, — Hesych. *φαίδιμος· λαμπρός, κατὰ ψυχὴν ἰσχυρός, ἐπίσημος, σπουδαῖος.* Atque vi propria hoc adiectivum imprimis de conspicuis corporis membris et unguento oblitis usurpatur (cfr. Papii lex. s. h. v.): Hom. Il. VI. 27. *φαίδιμα γυῖα*, Od. XI. 128. XXIII. 275. *ὦμος*, Pind. Nem. I.

68. *κόμα*, Pyth. IV. 28. *πρόσοψις*, Ol. VI. 14. *ἵπποι*, Achaeus ap. Athen. X. 414. D. *βραχίονες*; vi autem translata eodem adiectivo viri excellentes denotantur: Hom. Il. V. 505. *φαίδιμὸς Ἕκτωρ*, Od. II. 386. *Νοήμονα φαίδιμον*. Quoniam autem ab ostendendi (*φαίνειν*) notione ad excellentiae atque pulchritudinis vim via patet facillima (cfr. *δόκιμο-*, *δοκοῦντ-* p. 16. sqq., *εἰδάλιμο-*, alia), quantum ad significationem attinet, non est, cur substantivum huic adiectivo subiciamus. Verum quid ego de significatione, quae longitudine temporis obscurari possit, loquor, cum ipsa forma hoc adiectivum esse primarium clamet? Neque enim usquam nomen magis primarium, quod ei respondeat, invenitur; immo vero *φαί-δ-ιμο-* ab eadem radice *φα-* eodem modo descendit, quo *φαι-δ-ρό-* (*Φαῖ-δ-ρο-*, *Φαῖ-δ-ρα-*), *Φαί-δ-ων-*, *Φαισ-τό-*, *Φαῖσ-το-*. Itaque quamvis has formas non esse derivatas constet, tamen quomodo eae ex radice *φα-* evaserint, ad statuendum est difficillimum. Atque primum quidem, ut omittam alia, litera illa -*δ*- verborum radices saepius determinantur, quam ut in ea offendere liceat. Cfr. *ἀμφά-δ-ιο-*, *ἀναφαν-δ-ό-*, *διαφά-δ-ην* vel *διαφάν-δ-ην*, *ἐκφάν-δ-ην* (*φαίνω*), quibus respondet Sanscr. bhad-rá- (cfr. Curtii Grdz. p. 657.), *στά-δ-ιο-* (*στα-*, *ἵ-στη-μι*), *φθί-δ-ιο-* (*φθι-*, *φθίω*), *σχε-δ-όν* (*σχε-*, *σχεῖν*), *χλι-δ-ή-* (*χλι-*, *χλίω*), cfr. Curtii de nom. Gr. form. p. 7. Prius autem -*ι*- illud, quoniam nisi in *φα-ί-δ-ιμο-* per epenthesin exoriri non potuit neque inde hanc literam in *φα-ι-δ-ρό-*, *Φα-ι-σ-τό-*, *Φα-ί-δ-ων-* irrepsisse verisimile est, ex praesentis stirpe *φαίνεσθαι* ad omnes has formas manasse crediderim. Fit enim, ut nomina stirpis legitima variatione (Stammabstufung) neglecta formam ad similitudinem praesentis liberius effictam praebeant. Quonam alio modo *θερ-μό-* formatum esse censeamus nisi ex analogia verbi *θέρειν*, *θέρεσθαι*? namque ut a radicibus *κερ-*, *ϝελ-*, *σερ-*, *πλεκ-*, *πετ-*, *στελ-*, *φλεγ-*, *κορμό-*, *ὅλμο-*, *ὅρμο-*, *πλοχμό-*, *πότμο-*, *στολμό-*, *φλογ-μό-* descenderunt, ita a radice *θερ-* **θορ-μό-* ex lege proficisceretur necesse erat. Quantum autem nonnunquam praesentis forma ad nominum formationem valuerit, imprimis Aeschylus docet; etenim ex radice *περ-* ut forma legitima **πορά-*, ut ex *σπερ-* (*σπείρω*), *φθερ-* (*φθείρω*) *σπορά-*, *σπόρο-*, *φθορά-*, *φθόρο-* profecta sunt, emanaret oportebat; nihilo minus, quamvis nomen *πόρο-* ab eadem radice *περ-* ortum viam solitam ei demonstraret, tamen poeta (Choeph. 860.) ex similitudine praesentis *πείρειν* finxit *πειρά-*. Iam ut Jones a radice *στεν-* praesentis formam deducunt *στείνειν*, Attici *στένειν*, ita ab hac emanaverunt *στεν-ό-*, *στέν-ες-*, ab illa *στειν-ό-* (Herod.), *στεῖν-ες-* (Hom.), *στείν-ω-ματ-* (Apoll. Rhod.); eodem modo loco formarum legitimarum **οἰκτίρησι-*, **οἰκτίρηματ-* (cfr. *οἰκτιρμό-*) ex praesentis forma *οἰκτείρειν* libere formata sunt *οἰκτείρησι-* (LXX. Clem. Alex), *οἰκτείρηματ-* (LXX. N. T.). Accedit *χαιρο-*

σύνη- (Hesych.) pro χαροσύνη-, quod et ipsum est praesenti χαίρειν accommodatum, neque minus licenter Homerus futuri formam χαιρήσω finxit; omnibus enim his formis nomen *χαρο- subiciendum erat (cfr. χαρά-, χαρο-ποιό-), unde quod recte descendit *χαρεῖν, subest participiis Homericis κεχαρηότ-, κεχαρημένο-. Eodem modo ad praesentis imaginem conformata sunt: φευκτό- (Soph., φεύγω), cui Homerus opponit φυκτό- (cfr. τεύχω, τυκτό-, ἄτυκτο-), ἄζευκτο- (Dionys. Hal., ζεύγνυμι), στειπτό-, ἄστειπτο- (στείβω), quod Eustathius scriptum invenit ap. Soph. Phil. 33. et 2, ubi codex Laurent. A. praebet στιπτό-, ἄστιπτο-, — κατάλειπτο- (Aristoph., ἀλείφω), ἄλειπτο- (λείπω), quibus formae legitimae obstant πιστό- (πείθω), μικτό- (μείγνυμι, Corp. J. 5819, 6.), παριτέ- (πάρειμι); cfr. Φαισ-τύ- (φαίνω). Confirmari autem maxime meam de φαίδ-ιμο- sententiam nomine χαίτη- puto. Opposita enim eis, qui dicuntur, πλοκάμοις significat comam solutam atque ob eam rem multifidam, dividuam (Ovid. am. I. 5. 10. candida dividua colla tegente coma), hiulcam. Quare quominus nomen χαίτη- ad verbum χαίνειν (hiscere) conformatum esse censeamus, non prohibet id, quod apud Homerum illud quidem scriptum videmus, praesentis formam verbi χαίνειν non item; namque formae χάνοι (Il. IV. 182.), χανών (Od. XII. 350.), ἀμφέχανον (Il. XXIII. 79.), aliae fuisse in usu illis temporibus χαίνειν documento sunt. — Itaque si quae disputavimus, recte se habent, eodem modo φαίδ-ιμο-, φαιδ-ρό-, Φαισ-τό-, Φαίδων- ad praesentis formam φαίνεσθαι liberius accommodata esse dubito an mihi concedas. Ante -δ- autem illud praesentis -ν- evanuisse crediderim, ut in ἀμφά-δ-ιο- = ἀναφαν-δό-, διαφά-δ-ην = διαφάν-δ-ην (cfr. G. Meyeri Gr. Gram. p. 252.).

Aliud exemplum primitivum praebent antiquitatis auctores praestantissimi, πλώ-ϊμο-. Haec forma descendit a verbo πλώειν, unde etiam πλωάς, πλωϊάς, πλώς, πλωτός, πλωτήρ originem traxerunt. Πλώϊμο- Poppo, Krüger, Classenius apud Thucydidem scribunt, Bekker πλόϊμο- adversantibus plerisque eisque egregiis codicibus (cfr. quae Poppo ad Thucyd. I. 7. adnotaverit), eumque secutus est Stahlius. At Lobeckius quaestionibus suis πλώϊμο- formam utique Atticis tribuendam esse demonstravit ad Phryn. p. 615. Quod adiectivum qui primus finxit, ei substantivum πλοῦ-, unde ad πλώϊμο- non facile pateret via, nullo modo, sed verbum πλώειν ante oculos obversatum esse neminem mihi non concessurum esse puto. Cfr.: πλώϊμο-: πλωτό- = πόμπιμο-: πεμπτό- = κρύφιμο-: κρυπτό- etc. Quare quoniam πλώϊμο- non esse nomen derivatum constat, etiam πλόϊμο- Graecos ad πλέω rettulisse verisimile est. Cfr. πλώσιμο-.

Ex temporibus posterioribus huc pertinet ὀφέλλιμο-; non enim hanc adiectivi formam per assimilationem ex ὀφέλσιμο-, quod

et ipsum in usu est (cfr. Orph. Arg. 467. *μέγα ὀφέλσιμον*), sed ex ipso verbo *ὀφέλλειν* profectum esse recte docet Eustathius p. 1472. 33.: *τοῦ δὲ ὀφέλλειν ἐστὶ καὶ ὄνομα παρὰ Ὀππιανῷ τὸ ὀφέλλιμος, ὅ τινες ὀφέλσιμος ἔγραψαν Αἰολικώτερον.* Ap. Oppian. Hal. 429. nunc scriptum videmus *σιγὴ γὰρ πάσαις μὲν ὀφέλσιμος ἔπλετο θήραις.* At *ὀφέλλιμο-* invenitur ap. Maxim. Tyr. *περὶ καταρχῶν* 135. *οὐ γάρ κε γάμος εἴη ὀφέλλιμος.* Itaque ne Eustathium quidem, quamvis huius generis adiectiva a cognatis substantivis derivare soleret, facere potuisse videmus, quin hoc *ὀφέλλιμο-* ab ipso verbo *ὀφέλλειν* ortum esse fateretur. Minime mirum id quidem; neque enim aut substantivum huius adiectivi formae conveniens exstat aut ex nominum Graecorum formationis legibus fingi potest. Immo vero si quae nomina a verbo *ὀφέλλειν* ducuntur, ea misso praesentis suffixo *-ιο-* (*ὀφέλλω* = **ὀφέλjω*) *λ* simplex praebeant necesse est, atque hoc substantivo *ὄφελ-ες-* maxime comprobatur; cfr. *ἅλλομαι: ἅλματ-, βάλλω: βόλο-, βολή-, θάλλω: θάλ-ες-, θαλερό-, μύλλω: μύλη-, μυλεύ-, πάλλω: πάλματ-, παλμό-, πάλη-, στέλλω: στόλο-, στολή-, στολμό-, στολίδ-, τίλλω: τίλμό-, τίλ-ο-, τίλη-.* Quae cum ita sint, *ὀφέλλιμο-* licenter ad praesentis formam *ὀφέλλειν* accommodatum in locum formae legitimae *ὀφέλιμο-*, quam mirum in modum praebet lingua Neograeca, successisse apparet.

Quod idem ego de *γερ-γέρ-ιμο-* crediderim; quae vox a radice gar- orta, unde etiam Sanscr. ǵaran- (senex), ǵaraṇá- (caducus), Gr. *γέροντ-, γραῦ-, γῆρας-, γεραιό-* descenderunt (cfr. Curtii Grdz. p. 176.), imprimis de fructu maturo et caduco usurpatur; cfr. Eustath. p. 664. *γεργέριμοι ἐλαῖαι αἱ ἐν τῇ ἐλαΐνῃ δρυὶ πεπανθεῖσαι καὶ αὐτομάτως καταπεσοῦσαι*, cfr. ibid. p. 1726; itaque *γεργέριμο-* idem significat, quod Sanscr. ǵaraṇá-. Quare quoniam nec significatio substantivum, quod huic adiectivo subicias, postulat neque praeter *γέργερο-*, quod elementis cum eo congruit, significatione autem gulae et radice (cfr. C. Grdz. p. 476.) prorsus abhorret, nomen huiusmodi invenitur, facere non possum, quin *γερ-γέρ-ιμο-* formam primariam eamque reduplicatam, ut *ἐδ-ώδ-ιμο-, ἀγ-ώγ-ιμο-, κατ-οκ-ώχ-ιμο-* (*κατακώχιμο-*), esse credam.

Iam ab *εἴβειν*, quod Homerus nisi in *δάκρυα εἴβειν* (cfr. Soph. Antig. 527.) verbi *λείβειν* loco non usurpat, adiectivum *εἴβιμο-* et nomen proprium *Εἴβιμο-* ortum est. Quod idem Eustathio Od. p. 1471. 30. *εἴβιμος· ὁ στάζων* interpretanti placuisse minime mirum est. Neque enim substantivum conveniens *-ο-* vel *-α-* suffixo formatum, ut his adiectivis fere subici solent, exstat et si exstaret, forma eius **οἰβό-* vel **οἰβή-* ut *λοιβή-* (a *λείβειν*), *λοιπό-* (a *λείπειν*), *ἀλοιφή-* (ab *ἀλείφειν*), *οἶμο-* (cfr. *εἶμι*) esset oportebat. Neque vero attinet, substantivum *εἶβ-ες-* animo fingere indeque *εἴβιμο-* derivare (cfr. *εἶδ-ες-, μεῖδ-ες-, νεῖκ-ες-, ὄνειδ-ες-*);

immo ut supra *ὀφέλλιμο-* non ab *ὄφελ-ες-* derivatum esse vidimus, sic etiam *εἴβιμο-* pro **οἴβιμο-* ex praesentis *εἴβειν* similitudine libere fictum esse, dubito an mihi concedas.

Accedit glossa conspicua Hesychii: *τόρκιμον· τὸ βαρὺ καὶ μισητόν.* Atque primum quidem hoc apparet, radicem huius adiectivi esse *τόρκ-*, cui suffixum *-ιμο-* adiunctum sit, primoque obtutu magnam ei et formae et significationis propinquitatem cum verbo Latino torquendi intercedere. Ab eadem radice descenderunt Gr. *ἄ-τρακ-το-*, *ἀ-τρεκ-ές-*, Hesychii illud *τρόσσεσθαι* = **τροκ-jεσθαι* (*ἐπιστρέφεσθαι*), *θράσσειν*, *ταράσσειν*, *ταραχή*, *ταρχή*, *ἄταρχον* (Hesych.), ubi *χ* pro *κ* positum est (cfr. G. Meyeri Gr. Gram. p. 186. sqq.); stirpem eandem -n- litera amplificatam praebent Lit. trènk-ti (vexare), Thiud. dringan, nostrum drängen, bedrängen (cfr. Fickii Vgl. W. II. p. 102.). Quare quoniam *τόρκ-ιμον* id, quod vexat, agitat eoque molestum est (*βαρὺ καὶ μισητόν*), significat, *-ιμο-* ipsi verbi radici *τορκ-* affixum primariumque hoc adiectivum esse efficitur. Eodem Immischius (de glossis lexici Hesychiani Italicis p. 346. adn. II.) *τρόξιμον* (= *τρόκ-σ-ιμον*)*· τὸ ἀγριομάρουλλον*, viciae nomen in Tittm. lex. Zonar. p. CXX., recte revocare videtur.

Iam cum haec, quae attuli, adiectiva ad ipsa verba referre cogamur, sunt alia, quae, quamquam substantiva cognata eaque iis convenientia exstant, tamen ipsi illi, qui hoc totum adiectivorum genus derivatum esse censeant, primitiva esse volunt. Atque primum huc pertinet *δόκιμο-*; quamvis enim inveniatur *δόκο-* (sententia) a *δοκεῖν* ortum, tamen Papius (Etymol. Wrtb.) diserte commemorat: „*δόκιμος* allein kommt vom Verbum *δοκέω*.“ Atque id recte ille quidem; namque *δόκο-* et raro in usu (cfr. Sext. Empir. adv. math. VII. 110. ex Xenophan., Callim. Frg. 100.) et propter vim sententiae a *δόκιμο-*, quo adiectivo res ut praeclara atque excellens significatur, alienum est. Quod contra *δόκιμο-* ita ad *δοκεῖν* spectare, ut idem ac participium *δοκοῦντ-* designaret, supra demonstravimus (cfr. p. 16 sqq.).

Accedunt *ἀλέξιμο-* et *αὔξιμο-* quae, etsi Aristides praebet *ἄλεξι-* et Plato *αὔξη-*, Lobeckius (path. prol. p. 162) non minus quam Papius ab ipsis verbis *ἀλέξειν* et *αὔξειν* orta esse volunt.

Atque eodem modo antiqui grammatici ad unum omnes et Lobeckius ibidem, ubi cetera adiectiva huius generis ad substantiva cognata revocent, *προςδόκιμο-* non item ad *προςδοκία-* sed ad *προςδοκᾶν* referunt. Iam *χάλιμο-* L. Meyer (Vgl. Gram. II. 297.) in numero formarum primitivarum reponit, quod idem grammatico illi in Etym. Mag. placuisse videtur, cum dicit p. 804. s. v. *χαλίφρων· καὶ τὰς βάκχας χαλιμάδας ἔλεγον, τὰς χαλωμένας πρὸς συνουσίαν* et Photio: *χαλίμα ἡ πόρνη ἀπὸ τοῦ χαλᾶσθαι τὸ σῶμα ἀπὸ μέθης καὶ μανίας.* Repudiaverunt igitur hoc loco sub-

stantivum *χάλι-*, quod et merum (Schol. ad Lycophr. 579. atque ad Apoll. Rhod. I. 473.) et hominem furibundum significat, qui ab Hesychio s. h. v. nominatur *ὁ μεμηνὼς καὶ κεχαλασμένος τὰς φρένας*. Denique si L. Meyer loco laudato etiam *μόριμο-* formam primitivam haberi posse putat, hic vir doctus et ipse a principio haec adiectiva non esse derivata censuisse mihi videtur.

b. Quidnam sit -*ι*- illud suffixi -*ι-μο*- exponitur:

α) **Linguis cognatis comparatis.**

Verum ut eo, unde degressa est disputatio, revertamur, non solum significationem prorsus primariam sed etiam formam horum adiectivorum sententiae eorum, qui totum hoc genus formarum a cognatis substantivis orta esse volunt, repugnare videmus. Ex quo intellegitur, -*ι*- illud suffixi -*ι-μο*- non valere idem, quod in suffixis vere secundariis -*ίδιο*-, -*ινο*-, -*ικό*-, aliis. Quare quoniam -*ι*- illud non esse derivationis signum apparet, quid tandem sit, quaerendum esse videtur.

Atque primum quidem suffixum primarium huius formae statuere linguarum cognatarum consensu vetamur. Namque quod -i- ante -ma- in lingua Lituanica et Lettica velut in aud-ì-ma, (textura, ab áus-ti texere), keik-ì-ma-(exsecratio, a kéikti exsecrari) exstat, hoc Boppius et Bielensteinus a principio esse vocalem verbi thematicam docent. Quod num ita in his linguis se habeat, alii viderint, ad linguam Graecam idem transferre nullo modo licere constat. In nominum enim numero haec adiectiva habenda sunt, atque eam ob causam verbi vocalis thematica iis non est conveniens; iam ut omittam, adiectivis *μόριμο-*, *σπόριμο-*, *κλόπιμο-*, multis aliis cum verborum subiectorum formis nullam intercedere similitudinem, vocalis thematica solis infinitivis Homericis *τυπτέμεναι*, *ἀξέμεναι*, *ἐλθέμεναι* exceptis ante -*μ*- nisi -*ο*- non esse solet; cum autem ab -*ο*- ad -*ι*- nisi per -*ε*- ex elementorum Graecorum pathologia nulla pateat via et infinitivi illi Homerici, qui pro -*ο*- praebeant -*ε*-, rariores sint, quam ut -*ε*- inde sumptum et in -*ι*- mutatum haec adiectiva praebere verisimile sit, ne -*ι*- illud vocalem huiusmodi esse censeamus, satis monemur. Quare alia nobis huius -*ι*- interpretandi ratio, quae cum linguis cognatis tum ipso sermone Graeco eoque statu, quem literarum monumenta exhibent, nitatur atque confirmetur, quaerenda est. Itaque percensenti mihi linguas propinquas saepius vocalis irrationalis ante suffixa primaria -ma-, -man-, -manta- occurrit. Etenim in antiquissimo linguae Sanscritae statu suffixi -man- hoc est proprium, ut in nonnullis nominibus -i- vocalem prae se ferat, cum formae illa carentes et

ipsae sint in usu; cfr. ǵán-i-man-, ǵán-man- (partus); quin etiam eandem vocalem productam videbis, si haec inter se nomina comparabis: bhár-î-man- (portatio), prá bhar-man- (praeportatio, ut ita dicam), dhár-î-man-, dhár-man- (lex), háv-î-man-, hṓman- = hau-man (sacrificium), dár-î-man- (eversio), darmán- (eversor), sár-î-man- (cursus), sár-ma- (fluxus). Quas formas -i- vocali praeditas nisi in Vedis non inveniri docet Whitneyus Ind. Gram. p. 414. conversionis Zimmerianae. Atque ut ad huius vocalis naturam transeam, ex eo, quod in eodem nomine, ut in ǵán-i-man et ǵán-man, eodem tempore sine ullo significationis discrimine et inesse et abesse potest, temporibusque posterioribus omnino evanuit, irrationalem eam esse, ex insequentis -m-literae natura profectam, satis apparet. Est autem haec res linguae Sanscritae naturae atque indoli, quippe quae saepissime eiusmodi vocales insertas praebeat, maxime conveniens. Quare idem placuit Schleichero. Cfr. Comp. p. 393.

Iam quam non -i- illud ad naturam atque originem horum nominum pertineat, ex lingua Latina perspicietur, si cum formis vere secundariis aegr-i-monia- (aeger), cast-i-monia- (castus), aliis comparaveris quer-i-monia-, al-i-monio-; quamvis enim ab ipsis verborum quer-endi, al-endi radicibus originem haec traxisse appareat, tamen forma a nominibus derivatis non sunt diversa. Quod idem cernitur in an-i-mo-, cal-a-mi-tat-, incol-u-mi-, et, nisi fallor, huc eodem pertinet cuc-u-ma-(coquo, coc-us); sed latius patet hic illius -i- vel -u- usus in substantivis primariis suffixo -men-, (-mento-) formatis, quod ipsi Sanscrito -man- respondet. Ante hoc suffixum utriusque linguae est eadem condicio. Atque ut Sanscr. ǵán-i-man et ǵán-man inter se respondent, ita quae illis cognata sunt gen-i-men- et gem-ma- pro *gen-ma- (cfr. Fickii V. W. I³. 66.), teg-i-men- et teg-men-; pro -i- non raro invenitur -u- velut in teg-u-men-, quod idem apparet in col-u-men-, deest in cul-men- (cfr. *κολ-ω-νό-* = colli- pro *col-ni-, Lit. kál-na-, cfr. G. Meyeri Gr. Gram. p. 98.); atque idem quod inter teg-men- et teg-i-men-, teg-u-mento- interest, cadit in al-mo- et quae inde derivata sunt al-i-mento-, Al-u-men-to†, quae forma est alterum nomen Laomedontis (cfr. Fest. p. 15.). Iam cum -i- vel -u- formis lud-i-mento- (ludo,†† Glossa Philox.), emol-u-mento- (molo), reg-i-men-, reg-i-mento-, reg-u-men- (rego, cfr. Schuchardtii Voc. II. 225.), spec-i-men- (specio, spectum), offer-u-menta- semper inhaereat, nomina pleraque thematicis a verbis orta inde ab antiquissimis temporibus hac litera carere rectissime docet Corssenius; cfr. Krit.

†) Al-u-meto inscr. cfr. Jordani Krit. Beitr.
††) pro ludio cfr. Ribbeckii Röm. Trag., init.

Nachtr. p. 125. 129. Cfr. ag-men-, exa(g)-men-, coag-mento-, ar-mento-, car-men-=casmen-, decer(p)-men-, figmen-, fig-mento-, fla(g)-men- (φλέγω), flu(g)-men-, fragmen-, frag-mento-, fru(g)-mento-, ger-men-, iu(g)-mento-, ableg-men-, mag-mento-, pag-mento-, propag-men-, pig-mento-, ru(p)-mento-, ra(d)-mento-, sag-men- (σάττω), strig-mento-, destrig-mento-, su(g)-men-, ter-men-, ter-mento-, subte(x)-men-. Quae cum ita sint, equidem quin haec vocalis per anaptyxin orta sit, iam non dubito. At aliter Boppius Vgl. Gram. III.[3] 173: „Das i von tegimen, regimen ist identisch mit dem Klassenvocal der III. Conjugation und führt also zum Sanscr. a der I. und VI. Klasse, welches sich im Lat. zu i und u geschwächt hat (vehimus, vehunt); dies erhellt aus dem langen ī der IV. Conjugation (mol-ī-men, fulc-ī-men wie mol-ī-mini, fulc-ī-mini); Formen wie agmen fragmen stehen dagegen auf der Stufe des Sanscrit, welches das Suffix man ohne Rücksicht auf die Conjugation des Verbums fast durchgreifend unmittelbar mit der Wurzel verbindet."

Corssenius autem, cum in Krit. Nachtr. p. 125. et 129. vocalem hanc „Vermittelungsvokal" nominans sine dubio idem significare voluerit, quod ego proposui, postea sententia mutata eandem in Ausspr., Vokalismus etc. II[2]. p. 128. vocalem thematicam, quam dicunt, esse censet. Quare hunc locum esse puto, ut a doctissimorum horum virorum iudicio cur ego dissentire me posse opiner, paucis explicare mihi liceat. Atque primum quidem hic usus, quo suffixa -ma-, -man-(-manta-) cum ipsis radicibus verborum thematicorum coniunguntur, non solum linguae Latinae nominum huiusmodi multitudine sed etiam consensu linguarum cognatarum, imprimis Sanscritae, ut Boppius dicit, Graecae (cfr. Papii Etymol. Wrtb. p. 139 sqq., 261 sqq., 282 sqq., L. Meyeri Vgl. Gram. II[1]. p. 295 sqq., 275 sqq., 261 sqq.), omnium denique Germanicarum dialectorum exceptis Thiudisca et Palaeosaxonica (cfr. J. Grimmii Dtsch. Gram. II. p. 145 sqq.) confirmatur. Accedit, quod inter vocales thematicas -ĕ- vel quod inde ortum est -ĭ- tertiae, quae dicitur, coniugationis et -ī- quartae plus mihi interesse videtur, quam ut ipsae inter se comparari possint, et quod in altera coniugatione non dubitetur, id ipsum ad alteram transferre liceat. Etenim -ĭ- illud tertiae coniugationis ad suffixum simplicissimum -a-, -ī- autem quartae ad suffixum -aja- revocandum est. Iam cum -ī- in mollī-re, lenī-re, finī-re in eadem vocali, quae in nominibus subiectis molli-, leni-, fini- appareret, niti esseque illa ab his derivata ne de plebe quidem hominem Romanum fugisse consentaneum sit, -ĭ- illius tertiae coniugationis, postquam ad nostram aetatem caligine circumfusum iacuit, natura et indoles Curtii, viri doctissimi, subtilitate et doctrina demum enucleata est. Nimirum

igitur, cum -ĭ- tertiae coniugationis variis nominum variis suffixis formatorum generibus cum linguae Latinae tum cognataram linguarum de esse soleat, verborum derivatorum vocales thematicae -ā-, -ī- Latinae, -α-(-αω), -ε-(-εω), -ο-(-οω) Graecae linguae in nominum formatione non fere neglegunter. Certis hoc illustrare exemplis longum esse puto; de Latino autem suffixo men- (-mento-) sufficiunt formae a Corssenio collectae; cfr. Krit. Nachtr. p. 125 sqq. Si autem, id quod raro fit, nomen a verbo quartae coniugationis ante suffixum -ī- modo praebet modo non praebet, hoc inde proficiscitur, quod verbum subiectum et ipsum fluctuat. Itaque a fulcio descendit fulc-ī-men, a *fulco autem, quae forma subiecta est participio ful-to- = *fulc-to-, ful-mento- = *fulc-mento-. Quare ne nomina quidem, quae a verbis secundae coniugationis originem traxerunt, quippe quorum participia tertiam sequi soleant, maxima ex parte ullam inter radicem et suffixum vocalem praebent. Cfr. fer(v)-mento-, fo-mento- (fo(v)-to-, fotu-), ful(g)-men- (fulgĕre Lucil., Pompon. apud Non. 506, 8. 9., Lucret. 6. 160, 174, 214), lu(c)-men-, mo(v)-mento- (mo(v)-to-), tor(c)-mento- (tor(c)-to-, tor(c)-tura). Quae cum ita sint, -i- vel -u- in paucis, quae huc pertinent, nominibus, doc-u-mento- (doc-to-, doc-trina-), mon-u-mento-, (cfr. monĕris, monĕrint et legerint, cfr. Corssenii Musspr. etc. II.[2] 293.) sed-i-men-, sed-i-mento- non ad -e- verborum doceo, moneo, sedeo spectare, sed esse per anaptyxin orta, nescio an mihi concedas; quae mea sententia eo, quod pro aug-mento- codices complures praebent aug-u-mento- maxime confirmatur. Cfr. Freundii lexicon s. h. v. Ac ne illud quidem praetermittendum est, quod velut col-u-men-, culmen-, quod cum verbo cellendi (cfr. excellere) cohaerere, non facile quemquam Romanum coniecisse verisimile est, a forma verbi subiecti, ut in usu est, multum distat. Iam si littera -i- in teg-i-men-, reg-i-men-, aliis vocalis thematica habenda est, eandem plerisque horum nominum et ipsis a verbis thematicis ortis deesse, aut, ut in teg-i-, men-, teg-men-, col-u-men-, cul-men-, nunc inesse nunc non inesse perquam mirum mihi videtur. Neque enim ea est huius vocalis natura, ut eodem tempore in eadem forma ad libitum aut omitti aut adhiberi possit. Sed fac -i- in reg-i-men-, -u- in incol-u-mi- esse easdem vocales, quae in veh-i-mus, veh-u-nt appareant. Quo spectare -ă- in căl-ă-mĭtat- dicamus? Neque enim facile ab incol-u-mi- separatur (cfr. Fickii Vgl. Wrtb. I.[3] 528.), ă autem vocalis a tertia coniugatione abhorret. Atque etiam a prima propter brevitatem aliena est et vox propter ipsam significationem a verbo calandi longissime est disiuncta. Ac ne c-a-lamitat- ex cla-mitat-, ut ex eadem radice cal- Gr. *κλάω*, *κλῆ-ματ-*, *κλών-*, *κλα-μαρό-* prodierunt, profectum esse vel

-a- primum in călămĭtat- esse vocalem insertam censeas, in clā-di- pro *cal-di- et clā-va- pro *calva- -a- alterum productum esse commemorasse satis habeo. Quare quoniam ita -a- secundum in cal-a-mitat- esse vocalem insertam efficitur, de -u- formae cognatae incol-u-mi- quin idem censeamus, facere nullo modo possumus. Denique ut omittam huius vocalis sonum incertum, inter -i- et -u- fluctuantem, id quod non a Boppii Corsseniique sed a mea sententia est, aliam difficultatem insuperabilem commemorabo. Etenim iam supra duabus formis Sanscritis ǵán-i-man-, ǵán-man- duas Latinas, quarum et ipsarum altera -i- illud praeberet, altera non praeberet, gen-i-men- et gem-ma- = *genma- respondere diximus. Quoniam autem, cum vocalis thematica -i- a lingua Sanscrita abhorreat, -i- illud literam insertam esse constat, si Boppii sententiam et Corssenii sequemur, eandem literam in eodem nomine aliud quiddam in lingua Sanscrita, aliud in lingua Latina esse, fateamur oportebit. Quod ut faciat, nescio an nemo facile in animum inducturus sit. Quid vero est, cur -i- in an-i-mo-, an-i-ma- vocalem thematicam esse dicamus, cum radix an- nisi in nominibus non sit in Romanorum dicendi consuetudine (cfr. Fickii Vgl. Wrtb. I. p. 485.) et Indi, qui ea ad formandas verbi formas utantur, carere eam vocali thematica nos doceant? Quare non minus -i- in an-i-mo-, an-i-ma- quam in Sanscr. án-i-mi (cfr. Whitneyi Jnd. Gram. p. 232), an-i-lá- = Lat. ā-lo- = *an-lo- (cfr. Fickii Vgl. Wrtb. I³. 485, Osthoffii Forschungen II. p. 167) insertum esse censeo; quod idem cadit in -ε- illud in Gr. ἄν-ε-μο- (cfr. L. Meyeri Vgl. Gram. II.¹ 299.), quae sententia forma ἄν-ται (ἄνεμοι Hesych.) nescio quo pacto confirmatur (cfr. Curtii Grdz. p. 305.). Quid dicam de forma offer-u-menta-, ubi, quoniam a radice fer- (Sanscr. bí-bhar-mi) oriunda est, vocalis thematica non magis quam in fer-s, fert, fer-tis, locum teneat? Unde fit, ut -u- in offer-u-menta- non sit diversum ab illo -i- I. pers. plur. praes. fer-i-mus atque utraque vocalis in anaptyxi posita sit; cfr. (e)s-u-m (Sanscr. ás-mi, Gr. εἰ-μί = *ἐσ-μι), s-u-mus (Sanscr. s-más, Gr. ἐσ-μέν). Ad extremum rem ita se habere ex ratione, qua Romani nomina Graeca mutando ad suam dicendi consuetudinem accommodarunt, elucet. Neque enim quin -u- in drach-u-ma- pro δραχ-μή-, in Alc-u-mene- pro Ἀλκμήνη-, in Alc-u-meo- (Plaut. Capt. 559.) pro Ἀλκ-μαῖο- (Ἀλκ-μαίων), in Tec-u-messa- pro Τέκμησσα- eadem vocalis inserta sit, facile quisquam dubitabit. Qua in re ego cum viris doctissimis Schleichero (cfr. Compend.³ p. 99.) et L. Meyero (cfr. Vgl. Gr. I.¹ p. 274., I.² p. 500) me consentire valde gaudeo. Denique hanc vocalem ne a recenti quidem lingua Italica abhorrere docet nomen Cos-i-mo = Cos-ma-s = κόσ-μο-.

In lingua Gotica suffixum -ma-, -man- nisi cum ipsis verbo-

rum radicibus nulla vocali interiecta non coniungitur (cfr. L. Meyeri Goth. Spr. p. 267. sqq.) atque hanc eandem rationem sequuntur lingua Septrentionalis et Anglosaxonica; cfr. J. Grimmii Dtsch. Gram. II. p. 145. Quod contra lingua Thiudisca suam et propriam viam ingressa est; non enim saepe suffixum hoc in hac lingua ipsi radici affigitur velut in hël-m (galea), kal-m (sonitus), mel-m (pulvis), qual-m (nex), sou-m (farcina), scër-m (protectio), suil-m (sopor); plerumque inter radicem et suffixum vocalis aliqua inseritur velut -a- praebent: ar-a-m (Sept. ar-m-r). dar-a-m, hal-a-m, hal-m, par-a-m (Got. bar-mi- gremium), svar-a-m (turba), deihs-a-mo, deis-mo, theis-mo (fermentum), har-a-mo (migale), kliz-a-mo (nitor), phras-a-mo (usura), u: at-u-m (spiritus, Gr. ἀτ-μ-ός, Sanscr. āt-mán), eid-u-m (gener), buos-u-m (sinus), i: slek-i-mo, slich-i-mo (cfr. Graffii Spr. s. h. v.); vocalium varietate autem maxime conspicuum est pod-a-m, pod-u-m, bod-o-m, bod-e-m, boid-i-m (Gr. πυθ-μήν). Quae vocales tum fere desunt, si vocalis sequitur; cfr. at-u-m, at-a-mont, adh-mot. Sic quidem Graffius Althochd. Sprachschatz II. 569 J. Grimmii (Dtsch. Gram. II. p. 145) de his formis sententiam corrigendam esse censet. De harum autem literarum natura, cum cognatae dialecti et linguae Thiudiscae ipsa indoles insertas eas esse clament, accuratius disputare supersedeo. Cfr. Kuhnii Ztschr. I. 36., Pottii Etymol. Forsch. II. 230.

β) **Ratione habita linguae Graecae.**

Atque quoniam in lingua Sanscrita, Latina, Thiudisca ante suffixa primaria, quae a -m- inciperent, -i- literam insertam apparere nobis persuasimus, operae pretium esse videtur, num idem in -i- illud Graecum cadat, accuratius anquirere. Incipio ab Ἀλκμαίων-; etenim ut ex huius nominis proprii forma quid qualeque sit -u- illud in Latino Alc-u-meo- apparet (cfr. p. 60.), ita vice mutata hoc aptum est, quod lumen afferat formae Graecae Ἀλκμαίων-, quae ipsa ad Ἀλκμαῖο- vel ἀλκμαῖο- referenda est; atque hoc praebet Hesychii haec glossa: ἀλκμαῖος· νεανίσκος. Si autem ἁρπάγιμο- ἁρπαγιμαῖο-, ἐμβόλιμο- ἐμβολιμαῖο-, κρύφιμο- κρυφιμαῖο, λόγιμο- συλλογιμαῖο-, μισθώσιμο- μισθωσιμαῖο-, πόμπιμο- πομπιμαῖο-, ὑπερβόλιμο- ὑπερβολιμαῖο-, alia inter se comparaverimus, quin idem inter ἄλκ-ι-μο- et ἄλκ-μαῖο- intercedere concedamus, facere non poterimus. Itaque quod -ι- vel -u- in ἄλκ-ι-μο- et Alc--u-meo-, quod respondet Graeco illi ἀλκ-μαῖο-, insertum est, eo nomen proprium Ἀλκ-μαίων- carere videmus. Jam huius literae naturae atque indoli fluidae etiam hoc maxime est conveniens, quod, cum forma simplex ἄλκ-ι-μο- sola in usu sit, in compositione nunc -άλκ-ι-μο-, nunc -αλκ-μο- invenitur. Atque Ἵππ-αλκ-μο- scriptum legimus ap. Plut. qu. Gr. 37., Schol. ad Hom. Il. II. 494., ad

Pind. Ol. I. 144. Tzetz. Il. p. 68., Ἱππ-άλκ-ι-μο- ap. Diod. Sic. IV. 67., Hyg. IV. 14. Eodem modo recte Eustathius Ἀλκ-μάν- = Ἀλκ-μάων- = Ἀλκ-μαίων- ab ἄλκ-ι-μο- ortum esse vult, cum dicit (Prooem. p. 13. ed. Schneider): Ἀλκμὰν παρὰ τὸ ἄλκιμος ὡς ξυνὸς ξυνάν, neque aliter censet Preller. Cfr. Myth. II. p. 177. Itaque ut nemo Romanos in Alc-u-meo- servasse hanc vocalem mediam (-u-), Graecos in ἀλκ-μαῖο-, Ἀλκ-μαίων- non item servasse facile censebit, ita in ἄλκ-ι-μο-, Ἱππ-άλκ-ι-μο- illud -ι- esse vocalem insertam formamque genuinam atque nativam ἀλκ-μαῖο-, Ἀλκ-μαίων-, Ἵππ-αλκ-μο- carere ea concedendum erit.

Jam quomodo ex insequentis illius -μ- literae natura atque indole huiusmodi vocalis exoriri possit, tum maxime nobis liquebit, si duas illas Hesychii glossas: ἐρίμη· ἔξοδος et ἑρμή· ἔξοδος inter se comparaverimus. Atque primo aspectu propter significationis aequalitatem et formae conspicuam similitudinem ambo vocabula ex eadem radice emanasse verisimile videtur. Quae autem in illis spirituum differentia nobis occurrit, ea levioris est momenti, quam ut ea utrique formae suam et propriam originem tribuere cogamur; praeterquam enim quod Graeci saepe aut spiritu leni aut aspero utuntur, ubi ex cognatarum linguarum statu atque ex elementorum Graecorum pathologia aut huic aut illi iustus erat locus, ne ipsa quidem lingua Graeca in hac re sibi constat, saepiusque ex nominibus cognatis aliud alium spiritum exhibet. Cfr. Sanscr. svádâmi, svâdú-, Lat. suadeo, suado-, suavi-, Gr. ἁνδάνω (ἕ-αδ-ον), ἥδομαι, ἡδονή, ἡδύ-, ἑδανό-, ἄσμενο-, ἦδες- (cfr. Curtii Grdz. p. 229.), — Sanscr. áçva-, Lat. equo-, Gr. ἵππο-, Λεύκ-ιππο-, Ἄλκ-ιππο-, Νίκ-ιππο-, Ἀρίστ-ιππο-, Κράτ-ιππο- (cfr. Grdz. p. 462.), alia. Quare a principio horum vocabulorum formam ita nobis mente assimilare licet, ut pro duobus illis spiritibus unum eundemque spiritum genuinum substituamus; uter formae utrique sit conveniens, ex significatione concludendum erit. Interpretamentum autem ab Hesychio adiectum et prima vocabulorum syllaba nos commonefaciunt radicis Graecae ἐρ-; cfr. ἔρ-χομαι = *ἔρ-σκομαι, Sanscr. ar- in íj-ar-mi (surgo), Thiud. il- in îl-an (cfr. Grdz. p. 551.). Jam huius radicis vis, ut in lingua Sanscrita, ita in Graeca antiquitus est universalis quaedam et indefinita eoque et veniendi vel redeundi et abeundi potestates amplectitur. Atque illa satis cognita est; hanc autem cum aliis locis invenimus tum ap. Hom. Il. v. 150. τοῖς οὐκ ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκρίνατ' ὀνείρους, illis ad bellum profecturis senex ille somnia non interpretatus erat, et ap. Eurip. Suppl 157. οὐκ ἦλθες, ὡς ἔοικεν, εὐνοίᾳ θεῶν, diis non propitiis ad bellum profectus esse videris. Vis igitur radicis ἐρ- cadit quadratque ad interpretationem, quam utrique glossae Hesychius apponit. Ex quo perspicuum est, ἐρίμη- illud spiritum praebere iustum atque eius loco in ἑρμή-

spiritum asperum positum esse. Itaque quoniam ἐρίμη- et ἑρμή-non solum significatione sed etiam origine et suffixo inter se congruunt, -ι- illud vocalem esse insertam satis liquet.

Atque eodem modo -ι- illud in alia glossa Hesychii, τερίμη· τάφρος, interpretari posse mihi videor. Atque primum quidem τερ-ίμη- radicis similitudine proxime accedere ad Gr. τέρ-μον-, τέρ-ματ-, Lat. ter-mino-, Sanscr. tár-âmi, tár-man-, (cfr. Grdz. p. 222.) manifestum est. At ne significatione quidem, quam Hesychius huic voci tribuit, a nominibus illis abhorret. Ut enim τέρ-μον-, τέρ-ματ-, ter-mino- id, quod transitur (Sanscr. tár-âmi transeo), eoque finem rei significant, ita in τερ-ίμη-, fossa, in locum universae notionis rei transitae significationem singularem et definitam eius rei, quae transitur, cessisse puto. Quae cum fossa esse soleret, τερ-ίμη- ad hanc singularem vim ab indefinita illa abiisse facile perspicitur. Quae cum ita sint, quoniam voci τερ-ί-μη- radicem usitatam τερ- subiectam cognataque ei esse τέρ-μον-, τέρ-ματ-, ter-mino- nobis persuasimus, -ι- ex insequenti liquida -μ- per anaptyxin evasisse apparet. Neque vero hoc loco aliud quiddam praeterire possum; ex enim dialectis Italicis lingua Osca in eodem nomine eodem loco -e- pro -i- insertum praebet, dico ter-e-mníss, ter-e-menniú = Umbr. ter-mnu, Lat. ter-mino- (cfr. Kuhnii Ztschr. I. p. 36.).

Jam eandem vocalem exhibet haec Hesychii glossa: ἀρ-ι-μάζει· ἁρ-μόζει (cfr. Grdz. p. 728) neque minus vox usitata atque illi cognata ἀρ-ι-θ-μό- (cfr. Grdz. p. 339); huc accedit **Βώρ-ι-μο-** (Poll. IV. 54), quem Hesychius **Βῶρ-μο-** nominat. Cfr. Welckeri. Kl. Schr. I. de Lino.

Praeterea in hac glossa Hesychii: ἄδισμα καὶ ἄδμα· ψήφισμα καὶ δόγμα quin ἄδ-μα ad ἁνδ-άνειν (ἕαδ-ον, ἕ-αδ-α, ἄσ-μενο- cfr. Grdz. p. 229) revocandum sit valeatque idem, quod placitum illud Romanorum, dubitari non potest. Primo autem obtutu ἄδισματ- ab ἄδματ- longius abesse videtur, idque Hesychius vel quicunque est huius glossae auctor, eo significare voluit, quod alterum ψήφισμα alterum δόγμα esse dicit. At certe ἄδ-ι-σ-ματ- ex ipso ἄδ-ματ- elementorum Graecorum ex pathologia manavit neque eam ob causam verbum ἀδίζειν, quod nunquam in usu fuit, subicere ei attinet. Etenim paulo post sequitur haec glossa: ἁλισμοῖς καὶ ἁλιμοῖς· βοτάναις δενδροειδέσι παρὰ θάλατταν ἢ ξηροῖς τόποις. Quo loco quamvis formae ἁλισμοῖς verbum usitatum ἁλίζειν subicere possis, tamen ἁλισμοῖς ex ἁλιμοῖς -σ- inserto exortum esse nemini non verisimile videbitur. Rem autem nobis altius repetentibus et ἁλισμοῖς et ἁλιμοῖς ad ἁλίμοις, quae forma est dativus adiectivi ἅλιμο- (marinus) ab ἅλ-ς derivati, referendum esse liquebit. Spectat enim haec glossa ad Jerem. XVII. 6., ubi scriptum videmus hoc: κατασκηνώσει ἐν ἁλίμοις καὶ ἐν ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἁλμυρᾷ,

ἥτις οὐ κατοικεῖται. Verbis illis ἐν ἁλίμοις καὶ ἐν ἐρήμῳ quid dicere voluerit, Jeremias ipse fusius exponit: ἐν γῇ ἁλμυρᾷ, ἥτις οὐ κατοικεῖται, id est, habitabit in maritimis oris desertis („am einsamen Meeresgestade"); pars igitur altera huius enuntiationis est alterius interpretatio. Quod quia grammaticus nescio quis non recte perspectum habebat, sed aliud quiddam ἁλίμοις καὶ ἐν ἐρήμῳ, aliud ἐν γῇ ἁλμυρᾷ, ἥτις οὐ κατοικεῖται valere putabat, sententiam suam ita tuebatur, ut ἁλίμοις illis, quamvis non differant ab illa γῇ ἁλμυρᾷ, plantarum genus prope mare (ἐν γῇ ἁλμυρᾷ) earundemque locis siccis (ἐν ἐρήμῳ, ἥτις οὐ κατοικεῖται) crescentium esse verba nobis dans contenderet. Itaque vel postea Druscus (vet. interpr. Gr. in vet. test. p. 518) ad illum locum Jeremiae haec adnotat: „τὰ ἅλιμα inter genera holerum," quem in errorem facillime is delabi poterat, cui ἄλιμα (Antiphan. ap. Athen. IV. 161. A), verum plantarum genus, ante oculos obversabatur. Verum non in holeribus habitatur, sed sub platanis, sub palmis, denique sub arboribus; quae omnia secum reputans grammaticus ille, sagacissimus ut erat, in Hesychii libro ἁλίμοις illud sic interpretatus est: (ἁλισμοῖς καὶ ἁλιμοῖς·) βοτάναις δενδροειδέσι παρὰ θάλασσαν (ἐν γῇ ἁλμυρᾷ Jerem.) ἢ ξηροῖς τόποις (ἐν ἐρήμῳ, ἥτις οὐ κατοικεῖται Jerem.). Itaque quoniam huius vocis veram originem grammatici antiqui non iam cognitam habebant, ex ἁλίμοις, quod legitur apud Jeremiam, factum esse ἁλίσμοις et ex similitudine nominum verbalium ἀθροισμό-, ἀκοντισμό-, ἐθισμό-, aliorum, ἁλισμοῖς, — quae est lectio varia ap. Jerem. — nemo mirabitur. Quae forma ἁλισμοῖς ipsa ad formam genuinam ἁλίμοις tantum valuit, ut accentu retracto ἁλιμοῖς legamus. Atque hoc modo et forma et interpretatio aperta est huius glossae Hesychianae: ἁλισμοῖς καὶ ἁλιμοῖς· βοτάναις δενδροειδέσι παρὰ θάλασσαν ἢ ξηροῖς τόποις. Qua re satis id moneri nos puto, ne temere formae ἄδισματ- verbum inusitatum ἀδίζειν, quamvis facile fingi possit, subesse velimus. Immo res ita se habet: ex ἄδ-ματ- -ι- per anaptyxin interposito emanavit ἄδ-ι-ματ- atque inde -σ-, ut in ἁλισμοῖς, κέλευσματ- (κέλευματ-), aliis, inserto ἄδ-ι-σ-ματ-.

Exempla autem praeclarissima vocalium insertarum praebet lingua Neograeca Πάτ-ι-μο- = Πάτ-μο-, δραχ-υ-μή- = δραχ-μή- (Lat. drach-u-ma); cfr. Curtii Grdz. p. 727.

Si quae disputavimus, ita se habent, ea et ipsa lumen afferre voci cuidam Homericae censeo. Curtius enim (Grdz. p. 679.) αἰχμή- per epenthesin ex *ἀκ-ί-μη- ortum esse formis velut ἄλκ-ι-μο-, τρόφ-ι-μο-, aliis nisus docet, eumque iusto iure secuti sunt Pottius (Wrzlw. I. 516) et Joh. Schmidtius (Voc. I. 76. II. 495), qui eodem modo Lituanicum illud ësz-ma- ex *aik-ma-, *ak-i-ma- profectum esse comprobat. Hanc autem formam quominus ab ἀκίδ- (ἀκίς) derivatam esse credam cum eo, quod hoc substantivum

non est in usu Homerico, tum quod idem minime aptum est, unde adiectivum huius generis derivari possit, prohibeor. Neque enim in horum adiectivorum numero satis magno ullum invenietur, cui substantivum, cuius stirps in *-ιδ-* exeat, subiectum esse suspicari tantum possis. Jam cum huius nominis significatio primaria ne postulet quidem substantivum, unde derivetur, inter *αἰχμή-* = **ἀκ-ι-μη-* et *ἀκ-μή-* illud idem valens (Hom. Il. X. 173.) non interesse plus quam inter Lituanica ë̃sz-ma- = *ak-i-ma- (veru) et asz-men- = *ak-men- (acies, cfr. Fickii Vgl. Wrtb. II. 291. 295), quam inter *ἄλκ-ι-μο-* et *ἀλκ-μαῖο-*, ***Βώρ-ι-μο-*** et ***Βῶρ-μο-***, *ἐρ-ί-μη-* et *ἐρ-μή-*, *τερ-ί-μη-* et *τέρ-ματ-* (***Τέρ-μο-***), *ἀρ-ι-μάζει* et *ἁρ-μόζει*, *ἄδ-ι-σματ-* et *ἄδ-ματ-*, ***Πάτ-ι-μο-*** et ***Πάτ-μο-***, *δραχ-υ-μή-* et *δραχ-μή-*, Sanscr. ǵán-i-man- et ǵán-man-, Lat. teg-i-men- et teg-men- censeo. Exstant igitur duo huius generis exempla satis confirmata apud ipsum Homerum, *αἰχ-μή-* = **ἀκ-ι-μη-* et *ἄλκ-ι-μο-*. Jam quoniam supra *φαίδ-ι-μο-* adiectivum derivatum nullo modo esse demonstravimus, quin etiam huius formae *-ι-* alterum per anaptyxim exorta sit, equidem ego non dubito.

Quod idem ego de nonnullis adiectivis formae conspicuae, *κυδάλιμο-*, *εἰδάλιμο-* (*ἰδάλιμο-*), *καρπάλιμο-*, *πευκάλιμο-* (Hom.), *ἰδάλιμο-* (Hesiod.), *ἁρπάλιμο-* (Hesych.) nescio an recte crediderim. Atque primum de horum significatione pauca dicenda esse videntur.

Κυδάλιμο- usurpatur cum de singulis heroibus, velut Hom. Il. XVII. 378. *ἀνέρε κυδαλίμω Θρασυμήδης Ἀντίλοχός τε*, Od. XIV. 206. *υἱάσι κυδαλίμοισι* et de totis gentibus, Il. VI. 184. ***Σολύμοισι*** *κυδαλίμοισι*, tum de corde et hominis, Il. X. 16. *κυδάλιμον κῆρ*, et ipsius leonis Il. XII. 45. Quibus ex exemplis non satis accurate *κυδάλιμο-* adiectivis Latinis claro-, nobili-, Thiudiscis berühmt, edel converti solere apparet. Hoc autem inde factum esse puto, quod, quoniam haec adiectiva vulgo in derivatorum numero habentur, ne *κυδάλιμο-* quidem a *κῦδες-* (*κῦδος*) separari posse videbatur. At rectam huius adiectivi vim L. Meyer Vgl. Gr. I^2. p. 1036. ostendere mihi videtur, cum *κυδάλιμο-* ad radicem ku-, kav- (tumescere) revocat, quae subest formis *κῦ-ματ-* (cfr. nostrum vernaculum „Wogenschwall" a verbo „schwellen"), *κύες-* (fetus), Latinis in-ci-ent-, cu-mu-lo-, aliis; itaque *κῦ-δ-ες-*, *κυ-δ-ρό-*, *κυ-δ-άλιμο-* eodem *-δ-* amplificata sunt, quo *φαί-δ-ι-μο-*, *φαι-δ-ρό-*, alia (cfr. p. 52). Ex quo perspicuum est, nativam et genuinam adiectivi *κυδάλιμο-* vim esse tumidi, tumescentis, atque *κυδάλιμον κῆρ* significare cor tumidum vel potestate translata confidens, superbum, „stolz, selbstbewusst". Eodem modo Romani adiectivo tumido- a radice tu-, cui eadem, quae radici ku- vis subiecta est (cfr. Curtii Grdz. p. 226.), orto utuntur. Atque Graeco illi *κυδάλιμον κῆρ* simillimum est hoc Vergilii Aen. VI. 407. tumida ex ira corda residunt; cumque hoc loco adiectivi

tumido- propria vis appareat, translatam praebent Horat. sat. I. 7. 7. confidens tumidusque, ibid. sat. II. 5. 95. crescentem tumidis sermonibus ventrem, Ovid. met. I. 754. tumidus genitoris imagine falsi, Senec. de benef. II. 16. Alexander tumidissimum animal, Aurel. Vict. Caes. 39. 3. tumidi animi. Ac si quis forte haec argumenta aucta volet, meminerit adiectivorum vernaculorum „aufgebläht, aufgeblasen, aufgedunsen“, quae ab eadem vi primaria tumendi ad eandem superbiendi notionem translata sunt: iam *κυδάλιμο-* id, quod volumus, valere esseque suae et primariae significationis concedet.

Quod idem cadit ad adiectivum *εἰδάλιμο-*, quod semel legitur ap. Hom. Od. XXIV. 279. *τέσσαρας* (sc. *γυναῖκας*) *εἰδαλίμας, ἅς ἤθελεν αὐτὸς ἑλέσθαι.* Nimirum Ameisius hoc ab *εἶδες-* derivans adnotat haec: *εἰδάλιμος* speciosus, verhält sich zu *εἶδος*, wie *κυδάλιμος* zu *κῦδος*.“. At quo iure *κυδάλιμο-* a *κῦδες-* derivetur, hoc supra cognovimus; idem ut de *εἰδάλιμο-* censeam, variis causis adducor. Namque pro *εἰδάλιμο-* Hesychius et Photius formam praebent *ἰδάλιμο-*, cui cum *εἶδες-* nulla intercedit similitudo; accedit, quod utriusque vis ad ipsam radicem *ϝιδ-* spectat; *εἰδάλιμο-*, *ἰδάλιμο-* enim a principio significant id, quod aspici potest, quod est, ut nos dicimus, „ansehnlich,“ eoque quod est pulchrum. Itaque ex horum adiectivorum videndi notione similiter vis pulchritudinis evasit atque ex Thiudisco skawôn, schauen, profectum est skôni, nostrum schön.

Ἰδάλιμο- (sudans) semel scriptum invenimus ap. Hesiod. op. 417. *καῦμα ἰδάλιμον*; cuius vim propriam esse intransitivam sudantis, quamvis hoc loco significationem causativam praebere videretur, supra diximus; cfr. p. 7. sqq.

Καρπάλιμο- celer; hoc adiectivum nisi cum *πόδεσι* coniungi non solet; cfr. Hom. Il. XVI. 342. 809., XXII. 166., Aristoph. Thesm. 957., Apoll. Rhod. III. 280; semel ap. Pind. Pyth. XII. 18 *καρπαλίμων γενύων*, de duabus Furiis ob sororis necem iratis dentibusque frendentibus. Quae verba Mezger (Pindars Siegeslieder) „aus den vor Schmerz klappernden Kiefern“ interpretans adnotat: „Von den schnell zusammenklappernden Kiefern.“ Ceterum adverbium *καρπαλίμως* apud Homerum in usu est satis frequenti. Atque ut omittam ineptos illos huius adiectivi originis indagandae conatus, quos non tam in Etymolgico Mag. prolatos, quam a recentioribus lexicographis decantatos esse maxime mirandum est, L. Meyer Vgl. Gr. I.² 950. radicem *καρπ-* proponit eique vim properandi tribuit; quam ad originem et significationem optime quadrat forma certe cognata *κάλπη-*, cursus citatus (Paus. V. 9. 1, Plut. mor. p. 675 C.), et verbum *καλπάζειν* inde derivatum, quod Eustathius ita explanat: *τὸ θέειν ἀνέτως καὶ δίχα ἐπιταγῆς καὶ*

πηδητικῶς καὶ οἷον ὀρχηστικῶς. Quae si ita se habent, πόδας καρπαλίμους nescio an pedes properantes intellegere possis.

Πευκάλιμο- a radice πικ-, πυκ-, ut πικ-ρό-, πευκεδανό-, ἐχε-πευκές- (βέλος), ortum est. Invenitur autem hoc adiectivum fere cum substantivis mentem significantibus coniunctum velut φρεσὶ πευκαλίμῃσι Hom. Il. VIII. 366., πραπίδεσσιν ἀρηρότα πευκαλίμῃσι Diog. Laert. I. 30., πευκαλίμοις μήδεσι Corp. inscr. tit. 1187. 2. Jam cum vis primitiva huius radicis sit pungendi (cfr. Curtii Grdz. p. 164., Corssenii Voc. I.² 538., Buttmanni Lexilog. I. p. 17. sqq.) indeque ad acuendi vim via pateat facillima, πευκάλιμο- idem atque adiectiva Latina acuto-, acri-, nostrum „scharf" significare per eandemque loquendi figuram Graecos suis πευκαλίμῃσι φρεσί etc. usos esse, atque Romani mentem acutam, acrem, mentis aciem, ingenii acumen, nostrates „scharfsinnig" et „scharfer Verstand" dicant, apparet; cfr. Buttmanni Lexilog. I. p. 19.

Praeterea Hesychius affert ἁρπάλιμα· ἁρπακτά, προςφιλῆ, ubi προςφιλῆ, quae vis longe abest ab ἁρπάλιμο- et ἁρπακτό-, emanavit e loco velut Bekk. anecd. p. 5. ἁρπαγιμαῖος ὁ δι' ἔρωτα ἢ δι' ἄλλην τινὰ πρόφασιν ἁρπασθείς. Denique φυτάλιμο- (almus) invenitur in Vit. Arat. p. 440, pro quo codices Poll. I. 24., Cornut. XXII., Etymol. etiam φιτάλιμο- praebent (cfr. φιτύω- = φυτεύω).

Itaque quod ad significationem attinet, formas velut *κύδαλο-, *εἴδαλο- *ἴδαλο- etc. his adiectivis subicere non opus est; accedit, quod illae revera non sunt in usu dicendi; nam πευκαλέο- et aetate et significatione a πευκάλιμο- longissime est disiunctum (cfr. Hesych. πευκαλέος· ξηρός), et cum ἁρπαλέο- usu antiquissimo confirmetur, ἁρπάλιμο- apud Hesychium tantum et in Etymol. M., ubi καρπάλιμο- huc refertur, invenitur, ut iure cum Lobeckio (Elem. I. p. 105) de huius fide dubitare possis; denique φυτάλιμο- a φυτάλιο- repetere nescio an forma altera φυτάλμιο- (cfr. ψευδάλμιο-) vetemur. Quae adiectiva omnia, quamvis hoc modo derivata ea esse nobis consentaneum videatur, tamen Graecos antiquos alia quadam ratione finxisse etiam hoc fit verisimile, quod ex grammaticis aut lexicographis antiquis nemo hanc eorum originem cognitam habet; immo vero ad unum omnes velut κυδάλιμο- ex κύδιμο- syllaba -αλ- inserta ceteraque adiectiva similem in modum evasisse falso opinantur; cfr. Etymol. M. 465. 20., Eustath. 1006. 35., Zonar. p. 613. etc.; cfr. Lob. path. prol. 85. sqq. Sed reputanti mihi in mentem venit substantivi cuiusdam et ipsius a ceteris forma remotissimi eodemque suffixo duplici praediti, dico ὀφθαλμό-; atque utcunque hoc ortum esse putamus (cfr. Curtii Grdz. p. 464., Fickii Vgl. Wrtb. II³. 44), magnam ei cum his adiectivis intercedere formae similitudinem manifestum est.

Quare ego -ι- illud in κυδάλ-ι-μο-, εἰδάλ-ι-μο- etc. vocalem irrationalem esse per anaptyxim ortam crediderim. Quae nostra de his adiectivis in -άλιμο- exeuntibus sententia formis φυτάλμιο- et ψευδάλμιο- nescio an quodammodo confirmetur; atque φυτάλμιο- est forma usitata pro φυτάλιμο-, quod solum apud grammaticos et in Vit. Arat. p. 440 invenitur; pro ψευδάλμιο- autem Vossius cum consensu Lobeckii (path. prol. p. 99.) apud Hesychium ψευδάλιμο- scriptum vult. Verum quidquid hoc loco scribendum est, quoniam nec *φυταλμό- nec *ψευδαλμό-, unde haec adiectiva per suffixum -ιο- poterant derivari, in usu sunt, φυτάλμιο- et ψευδάλμιο- antiqui grammatici et Lobeckius (path. prol. p. 98.) suo iure -ι- vocali transposita ex φυτάλιμο- et ψευδάλιμο- orta esse censent. Cum autem inter viros doctos metathesim hanc plerumque cum anaptyxi coniunctam esse constet, hac re -ι- illud in -άλ-ι-μο- esse vocalem irrationalem probabilius fit. Cfr. Benfeyi Or. et. Occ. III. 29., Curtii Stud. V. 117. sqq., G. Meyeri Gr. Gram. p. 160 sqq. Jam vero bene cum his adiectivis comparatur σχινδαλ-μό-, σχινδάλ-α-μο-; atque utra forma primaria sit et genuina vel utrum σχινδαλ-μό- eliso illo -α- ex σχινδάλ-α-μο- an hoc -α- inserto ex illo evaserit, hoc, cum codices modo hanc modo illam formam praebeant, ad disceptandum est difficillimum; itaque cum apud Aristoph. Ran. 819. codices σχινδαλμό- exhibeant, metro illo σχινδάλαμο- postulatur; Herodianus autem I. p. 171. utramque formam affert, Hesychius, Suidas, Photius solum σχινδάλαμο- commemorant; quam cum formam Naber vere Atticam esse velit, Atticista Moeris solum σχινδαλμό- et σκινδαλμό- praebet. Attamen forma ὀφθαλμό-, ubi nunquam hoc -α- invenitur, commotus σχινδαλμό- esse formam primitivam (a *σχινδάλλειν, cfr. ἰνδάλλειν ἰνδαλμό- a rad. ϝιδ-) indeque -α- vocali irrationali inserta oriundum esse σχινδάλ-α-μο- dubito an verisimilius sit.

Quibus rebus expositis suam quisque de his adiectivis, de ὀφδαλμό-, de σχινδαλμό-, σχινδάλαμο- sententiam sequatur; ego cum nullo de hac re lite contendam. Immo fac, σχινδάλαμο- esse formam nativam duplici suffixo -λα-μο- formatam (cfr. Fickii Vgl. Wrtb. II³. 44) et adiectiva haec in -άλιμο- exeuntia derivata esse a nominibus in -λο-, -λέο- cadentibus, tamen illud σχινδάλαμο- nobis usui esse potest. Si enim σχινδ-άλ-α-μο cum κυδ-άλ-ι-μο- comparaverimus, quam firmis certisque terminis Graeci adiectivorum et substantivorum fines circumscribere quamque rebus secundariis et parvulis ut -ι- illo in κυδ-άλ-ι-μο-, -α- in σχινδάλ-α-μο- in formationis et originis ipsius aequalitate hanc ob causam temporis progresssu uti coeperint, satis nobis liquebit. Ita fit, ut, cum in adiectivis -ι- irrationale invenerimus, contra in substantivis -α- aequo modo ortum exspectemus. Quae nos opinio non fallet. Itaque ex substantivis hoc -α- praebent: παλ-ά-μη- = Lat. pal-

ma-, Thiud. fol-ma-, — θάλ-α-μο-, cui respondent Sanscr. dhár-i-man, Lat. for-ma- (cfr. L. Meyeri Vgl. Gram. II[1]. 299., Fickii Vgl. Wrtb. I.[3] 116.), — πλόκ-α-μο- = πλοχ-μό-, — ὄρχ-α-μο- (ἄρχω), — κέρ-α-μο- (rad. Sanscr. çrâ, çir cfr. Grdz. p. 550.), — ποτ-α-μό-, quod e πότ-μο- evasisse infra demonstrare conabor.

Atque quod saepissime occurrit, ut homines in dicendo re fortuita et nullius momenti utantur indeque magna significationis discrimina suspendant, idem hoc in ultimo, quod attulimus, exemplo cernitur, quocum conferri possunt Lit. ész-ma- (veru) et asz-men- (acies). Quanta autem iidem in hac re libertate, ne dicam libidine, usi sint, docent πλόκ-α-μο-, πλοχ-μό- et, nisi fallor, σχινδάλ-α-μο-, σχινδαλ-μό-, ubi formae differentia eadem non item manaverit ad vim. Quod idem nobis in lingua Sanscrita occurrit; cum dár-î-man- (eversio) et dar-mán- (eversor) etiam significatione inter se differant, ǵán-i-man- et ǵán-man- idem valent; quod contra cum hanc formae differentiam in gen-i-men- et gem-ma- = *gen-ma- ad vim transtulerint Romani, iidem in teg-i-men- et teg-men-, aliis eodem -i- ad significationem variandam non item usi sunt. Sed de hac re alias; nunc ut ad propositum revertamur, substantivorum -α- irrationale praebentium similitudine -ι- illud nostrorum adiectivorum esse generis eiusdem confirmatur. Ad extremum affero nomina propria Ἄρ-ι-μο-, fortasse a radice ἀρ- ortum (cfr. ἁρ-μό-, ar-mo-), et Μέδ-ι-μο-, nisi fallor, a radice μεδ- (μέδειν, μέδεσθαι) profectum (cfr. C. Grdz. p. 243), cui cognatum esse videtur Μέδ-μα-, Μέσ-μα-, Med-ma- (Plin.), Μέδ-α-μα- (lect. var. ap. Strab. VI. 256. 257.), Med-a-ma- (Mela.).

c. Quaenam sit horum adiectivorum origo.

Haec habui exempla, quibus meam de huius -ι- natura et indole sententiam comprobarem; quae quod non sunt plura, id velim cum in mea inscientia tum in re ipsa positum esse credas. Cum enim alia -ι- irrationale praebere, quamvis suspicer, tamen certis confirmare argumentis nequeam, alia eaque fortasse haud pauca me effugisse persuasum habeo. Accedit, quod multae res, cum non facile ex se ipsae perspici possint, tamquam e loco superiore et remoto aut e contrario considerentur necesse est. Quod idem cadit in linguae scientiam; neque enim unquam J. Grimmius legitimam illam consonarum variationem ex nostro tantum eoque eruditorum dicendi usu indagavisset; at cognoscitur e sermone plebeio, cognoscitur ex antiqua lingua Thiudisca, cognoscitur denique e dialectis et linguis cognatis. Quare cum sermonem illum praestantissimorum scriptorum Graecorum usu confirmatum, qui potissimum nobis sit traditus, huic rei admodum paulum luminis afferre

consentaneum sit, -ι- illud esse ratione et a principio vocalem irrationalem ex insequentis -μ- natura ortam confirmatur cum linguis cognatis tum dialectis Graecis illis, e quibus glossae illae Hesychii sunt delibatae, confirmatur denique linguae Graecae statu et novissimo et antiquissimo, dico lingua Neograeca et — id quod gravissimum est — ipso sermone Homerico. Ut enim omittam adiectiva illa in -άλ-ι-μο- exeuntia, de quibus ego certi quidquam expromere haud quaquam ausim, formae Homericae αἰχμή- = *ἀκ-ι-μη-, ἄλκ-ι-μο-, φαίδ-ι-μο-, quibus ego μόρ-ι-μο- (cfr. infra) adicere possum, ita se rem habere testantur; iam cum etiam ἀοίδ-ι-μο- (Hom.) hac ratione ex *ἀοιδ-μο- exortum esse nostro iure censeamus, tota haec sententia cognatis adiectivis in -σ-ι-μο- exeuntibus etiam magis comprobabitur.

Quae cum ita sint, quemnam haec adiectiva locum in nominibus teneant, facile cognoscitur. Sequitur enim, inter αἰχμή- = *ἀκ-ι-μη- et ἀκ-μή- (cfr. Lit. ẽsz-ma- et asz-men-), ἁρπάγ-ι-μο- et ἁρπαγ-μό-, Ὄχ-ι-μο- et ὄχ-μο-, πλόκ-ι-μο- et πλοχ-μό-, ψύχ-ι-μο- et ψυχ-μό- ratione et a principio non interesse plus quam inter Sanscr. hi-má- (frigidus) et hi-má- (frigus), çúsh-ma- (stridens) et çúsh-ma- (stridor); namque sunt illa adiectiva verbalia, haec substantiva verbalia eodem suffixo -μο- formata. Quam si inter utraque a principio rationem intercedere tenebimus, quae ii, qui haec adiectiva omnia secundaria esse volunt, sententiae suae repugnare concedant necesse est, ea facillime intellegemus. Atque primum quidem illa significationem praebere plane primariam eamque nunc aut passivam aut activam, nunc eadem utramque amplecti unaque posse temporum varietatem significare minime mirum est. Qua in re in ea cadunt eadem, quae Naegelsbachius (Lat. Stilist [7]. p. 175.) de Latinis substantivis verbalibus -ion- vel -tion- suffixo formatis dicit: „Die Möglichkeit einer vielfachen Verwendung derselben beruht eben darin, dass sie Verbalien sind. Als solche können sie nicht nur die verschiedenen Genera Verbi sondern auch in jedem Genus zweierlei Tempora, das Präsens und das Präteritum vertreten, eine nicht genugsam beachtete Fähigkeit, welche gleichwohl an sich schon eine grosse Mannigfaltigkeit des Gebrauchs veranlasst, mancherlei noch ausserdem mögliche Modifikationen der Bedeutungen ungerechnet, deren jede wir an ihrem Orte besprechen werden"; extremis his verbis eas, quas nos diximus, modi significationes horum substantivorum indicat. Iam vero quid sit, cur haec adiectiva non, ut in formis vere secundariis fieri solet, ullam unquam ante -ιμο- suffixi primarii vocalem praebeant, elucet. Namque cum -ιμο- sit suffixum primarium horumque suffixorum ratione a principio cum ipsa nominis radice coniunctum sit, facile fieri potuisse, ut instinctu quasi quodam interiore, ne dicam veri intellectu, ducti Graeci hanc legem servarent et exemplorum simili-

tudine irretiti vel ad formas vere secundarias transferrent, facile intellegitur. Atque haec eadem erat causa, cur in ὠφέλ-ιμο- et προςδόκ-ιμο-, quae ad verba ὠφελεῖν et προςδοκᾶν Graecos antiquos rettulisse formae ὠφελήσιμο- et προςδοκήσιμο- testantur, stirpis -ε- aut -α- elideretur. Quae res etiam eam ob causam minime mira est, quod nonnulla verba in praesenti utramque formam praebent velut αἴδομαι, αἰδέομαι, — ἕλκω, ἑλκέω, — κύρω, κυρέω, — κύω, κυέω, — μάχομαι, μαχέομαι, alia (cfr. Curtii Verb. I. p. 384. sqq.), permulta quo -ε- praesens caret, id in ceteris temporibus admittunt velut ἀλέξω, ἀλεξήσω, — αὔξω, αὐξήσω, alia (cfr. Verb. p. 378. sqq.), multa in aliis temporibus admittunt in aliis non item: αἱρέω, αἱρήσω, ᾕρηκα, εἷλον, — γαμέω, ἔγημα (cfr. Verb. 376. sqq.); itaque δόκιμο- non a stirpe δοκε- (cfr. δοκέω) sed a δοκ- (cfr. δόξω, ἔδοξα, δέ-δοκ-ται) ortum est. Comparari autem cum illis adiectivis (ὠφέλ-ι-μο-, προςδόκ-ι-μο- etc.) possunt ἡγ-ε-μόν-, θέλ-ε-μο-, quae, si ab ἡγ-έ-ομαι, *θελ-έ-ω oriunda essent, -ε- productum haberent ut φιλῆμον- a φιλ-έ-ω, ἐθελη-μό- ab *ἐθελ-έ-ω (ἐθελήσω) ortum; quare -ε- illud in ἡγ-ε-μόν-, θέλ-ε-μο- idem mihi quod in κηδ-ε-μόν- a radice κηδ- (κήδομαι), ἄν-ε-μο- a radice ἀν- orto, id est, vocalis irrationalis esse videtur; itaque sunt ἡγ-ε-μόν- et θέλ-ε-μο- a stirpibus brevioribus *ἡγ-, θελ-, profecta; de ceteris huius generis adiectivis infra agam. Ad extremum nunc iam nemo adiectiva ἀοίδ-ι-μο-, γόν-ι-μο-, λόγ-ι-μο-, λόπ-ι-μο-, μόρ-ι-μο-, πλό-ι-μο- etc., quamvis stirpis vocalis casu nescio quo illis conveniat cum substantivis ἀοιδό-, γόνο-, γονή-, λόγο-, λόπο-, μόρο-, πλόο-, derivata ab his esse censebit; namque eadem vocalis in nominibus suffixo -μο- formatis locum suum tenet; cfr. κορ-μό-, ὅλ-μο-, ὅρ-μο-, πλοχ-μό-, οἶ-μο- a radicibus κερ-, ϝελ-, σερ-, πλεκ-, ι- vel ει- orta.

Itaque cum ratione et a principio haec adiectiva primitiva esse satis mihi demonstrasse videar, quoniam iis maximam formae similitudinem cum substantivis cognatis in -ο-, -α- (-η-) exeuntibus et cum nominibus vere secundariis intercedere apparet, etiam hoc, quam facile fieri potuerit, ut haec formatio latius manaret, maxime perspicuum est. Quapropter quamvis facile et nostro iure duo suffixa -ιμο- consona, alterum primarium alterum secundarium, ponere possimus (— pleraque enim suffixa utraque vice funguntur —), tamen hac similitudine ductos Graecos eandem formationem transtulisse ad nomina secundaria verisimilius mihi esse et grammaticorum antiquorum sententia supra allata quodammodo confirmari videtur; huiusmodi autem formas (κάλλιμο-, ἐπήτριμο-) apud ipsum Homerum inveniri, nos, qui carmina illa unius poetae quasi sacrosancti cuiusdam habere iam dudum dedidicerimus, haud quaquam mirabimur. Si enim, ut in adiectivis nostris acquiescam, is, quem nos Homerum vocamus, esset auctor utique audiendus, non omnes omnium aetatum Graeci

usque ad nostra tempora ἀνόστιμο- (Hom. Od. IV. 128.), quamvis Euripides et Theophrastus hoc imitati sint, licentius fictum esse pro ἄνοστο- clamarent (cfr. φαίδιμο-, χαίτη- p. 52. sqq.). Attamen tantum semper valuit dicendi consuetudo ex vera harum formarum natura et origine profecta, ut, cum ex omnibus temporibus adiectiva aliunde nullo modo suspensa atque adeo ad praesentis stirpem liberius accommodata exstare viderimus, suffixum -ιμο-, quantum fieri potuit, nominis radici ipsi, nunquam, ut in nominibus derivatis fit, suffixi primarii vocalibus affigeretur.

Itaque quoniam haec adiectiva a principio cum substantivorum suffixo -μο- fictorum forma congruere intelleximus, qui factum sit, ut hic linguae Graecae status hanc inter ea differentiam praebeat, quaerere nunc iuvat. Quod quamvis me non fugiat, quam hoc sit periculosae plenum opus aleae, tamen quae de hac re suspicer, paucis explicare mihi liceat. Atque est hoc quidem Graecis cum Indis commune, ut formas consonantes variae significationis variaque genera nominum eodem suffixo formatorum varietate accentus distinguere studeant. Cfr. Lindneri Altind. Nominalbild. p. 17. Itaque, ut omittam alia, ex nominibus suffixo -ma- fictis nomina actionis paucis exceptis in Vedis fastigium radici appositum praebent velut kshé-ma-, mansio, dhár-ma- lex, bhấ-ma- splendor, yáksh-ma- morbus, stṓ-ma- laudatio, srấ-ma-tabes, hṓ-ma- sacrificium, sár-ma- fluxus, ḗ-ma- iter, nomina agentis suffixo, velut ǵâl-má- furcifer, ǵih-má- obliquus, tig-má- acutus, dar-má- eversor, das-má- qui miracula edere potest, bhî-má-, bhîsh-má- terribilis, yudh-má- pugnator, râ-má- niger, vâ-má- iucundus, pulcher, çag-má- ad iuvandum promptus, çyâ-má- niger, sidh-má- recta via iens, stî-má- desidiosus, srâ-má- claudus, tutu-má- potens. In lingua autem Graeca eodem modo fastigio discernuntur θερμό-ς, θέρ-μη-, Θερ-μαί, θέρ-μο-ς, ut nominantur lupini, quia τὴν φύσιν θερμοί εἰσιν (Hippocr.). Ceterum hic valet ratio linguae Sanscritae contraria; in nominibus enim actionis fastigium suffixo -μο-, in nominibus agentis vel nostris adiectivis radici apponi solet. Attamen hanc rationem neque iis esse innatam neque inter utraque a principio hanc voculationis differentiam interesse, cum ex rei natura atque ex nativa eorum aequalitate (cfr. Curtii de nom. Graec. form. p. 20., Osthoffii Forsch. II. p. 36. et 121.) facile intellegatur, praeterea docent adiectiva θερ-μό-, δοχ-μό-, σι-μό- = *σιγ-μό- (cfr. Bezzenbergeri Beitr. III. 109.), χα-μό- (a rad. χα-, cfr C. Grdz. p. 198., Fickii Vgl. Wrtb. II³. 79.), βλω-μό-† (βλω-μοί· στραβοί Hesych.), ὀρροχ-μό- (ἔσχατος Hesych.), ἐθελη-μό-; quare primum ego Graecos, ut adiectiva a substantivis

---

† a rad. ϝελ-, unde εἰλύειν, ἴλλειν, ἴλιγγο-, Lat. volvere, ut στραβό- a στρέφειν; cfr. βλωθρό- a rad. Sanscr. vardh- (augere, med. crescere).

ipsa forma distinguerent, in illis accentum retraxisse crediderim. Inde quid provenerit vel provenire potuerit, hoc declarant complura nomina actionis, quorum et ipsorum accentus, cum non tam actionem quam actionis eventum significarent, a suffixo in radicem retractus est. Ita enim factum est, ut in plerisque eorum -*α*- irrationale appareat. Atque ut acquiescam in nominibus originis cognitae, hoc -*α*- praebent formae iam supra allatae *θάλ-α-μο-*, (Lat. for-ma), *κέρ-α-μο-*, *ὄρχ-α-μο-*, *κάλ-α-μο-*, (Lat. cal-a-mo-, culmo-),† *πλόκ-α-μο-* = *πλοχ-μό-*, *σχινδάλ-α-μο-* = *σχινδαλ-μό-* (cfr. *ὀφθαλ-μό-*, *ἰνδαλ-μό-*), *παλ-ά-μη-* (Lat. pal-ma-). In *οὐλ-α-μό-* autem et *ποτ-α-μό-* hanc voculationem in protractione accentus posteriore positam esse puto, quod idem de *ποτ-α-μό-* censuerunt Herodianus, Scholiasta ad Hom. Il. XXIV. 228., Eustathius 1347. 15. Itaque *ποτ-α-μό-* ex **πότ-α-μο-*, quod ipsum ad *πότ-μο-*, **ποτ-μό-* referendum sit, evasisse crediderim. Atque primum quidem dubito, an utramque vocem ad eandem radicem *πετ-* (cadere, cfr. *πίπτω* = **πι-πέτ-ω*) revocandam esse alteramque nostrum illud Fall (Zufall), alteram nostrum Gefälle (cfr. Flussgefälle) significare mihi concedas. Quae cum sententia etiam eo, quod apud Homerum cognatum illud *δι-πετές-* fluviorum appositum est solitum (cfr. Hom. Il. XVI. 174., XVII. 263., Od. IV. 477.), confirmetur, *πότ-μο-* et *ποτ-α-μό-*, quoniam utrumque nomen casum aliquem generis quamvis diversi significat, a principio forma non inter se discrepuisse puto. Itaque ex **ποτ-μό-*, quae erat forma legitima, accentu retracto et *πότ-μο-* et -*α*- vocali inserta **πότ-α-μο-* evasisse mihi videtur; hac autem formae differentia Graeci distinguendi cupidine ducti ita usi sunt, ut *πότ-μο-* sortem, **πότ-α-μο-* vel accentu protracto *ποτ-α-μό-* fluvium significare vellent. Ac ne nunc vocalem hanc irrationalem exortam esse nunc non item mireris, Sanscr. ǵán-i-man-, ǵán-man-, Lat. gen-i-men-, gemma-, alia nomina multa non hanc rem in lege aut in necessitate positam esse testantur; hanc autem eandem accentus mutationem posteriorem praebent *θερ-μό-* etc. (p. 72.), *θάλ-α-μο-*, *θαλ-ά-μη-*, *Θαλ-α-μαί-* Dioscurum sacrarium, *ἐπήτριμο-* (Hom.), *ἐπητριμό-*, quod scribendum esse censuit grammaticus Ptolemaeus Ascalonita (Herodian. I. 171.), imprimis *σχινδαλ-μό-*, *σχινδάλ-α-μο-*, *σχινδαλ-α-μό-* ut est in glossa Galeni: *καὶ σχινδαλαμὸς παρὰ τὸ ἐσχίσθαι·* cfr. Herodian. I. 171., II. 581., Suid. s. h. v.; at Photius et Hesychius solum *σχινδάλ-α-μο-* commemorant. Itaque quod in his substantivis fieri posse videmus, ut accentu retracto vocalis irrationalis exoriatur, cur idem in haec adiectiva eodem suffixo formata cadere negemus, causam invenire nullo modo possum. Quare

†) Cfr. cal-mo- illud nostrorum medicorum.

ego Graecos antiquissimos substantiva et adiectiva suffixo -μο- formata, cum usque ad id tempus forma inter se concinuissent, primum ex more ita distinxisse, ut adiectivorum accentum a suffixo in radicem retraherent, atque deinde hanc retractionem -ι- illud irrationale per anaptyxim secutum esse crediderim (cfr. ἐρ-μή- = ἐρ-ί-μη-, ἀκ-μή- = *ἀκ-ί-μη- (αἰχμή-). Quae vocalis naturali quodam modo ex insequentis literae -μ- natura et indole profecta, postquam animi conscientia loquentium ea, ut ita dicam, potita est, pars necessaria horum adiectivorum habebatur eoque ad totum hoc genus formarum manavit. Quo factum esse puto, ut inter haec adiectiva et substantiva suffixo -μο- formata terminus hic sempiternus exsisteret. Itaque in haec adiectiva cadit illud Schereri (Z. Gesch. d. dtsch. Spr.): „In zwei unaufhörlich wiederkehrenden Processen scheint so ziemlich das gesammte geistige Leben der Sprache beschlossen: in Uebertragung und Differenzierung.“ Quibus rebus expositis ad singula ego adiectiva in -ι-μο- exeuntia transeo.

d. Adiectiva in -ι-μο- exeuntia:

α) Significationis primariae, quibus verba subiecta sunt.

1.) Suffixum -ι-μο- praesentis stirpi amplificatae adnexum praebent:

ὀφέλλ-ι-μο- Oppian, Maxim. Tyr. (ὀφέλλω, cfr. p. 53. sqq.),
φαί-δ-ι-μο- Hom. (φαίνω, cfr. p. 52. sqq.),

2.) verbi stirpi non mutatae:

ἀλέξ-ι-μο- Nicand. (ἀλέξω),
ἁρπάγ-ι-μο- Callim. (ἡρπάγην, ἁρπαγήσομαι),
αὔξ-ι-μο- Hippocr. (αὔξω, αὐξάνω),
δόκ-ι-μο- Aeschyl., ἀ-δόκ-ι-μο- Aristot., ἀπο-δόκ-ι-μο-, εὐ-δόκ-ι-μο- Aeschyl. (δέ-δοκ-ται, δοκέω),
ἔθ-ι-μο- Athen. (ἔθων Hom., cfr. ὀφέλλιμο-),
εἴβ-ι-μο-, Eustath., Εἴβ-ι-μο- nomen proprium (εἴβω, cfr. p. 54.),
ἔχθ-ι-μο- Hesych. (ἔχθομαι),
ζύγ-ι-μο- (?) Athen. (ἐζύγην),
κάμπ-ι-μο- Eurip. (κέ-καμπ-ται),
κρύφ-ι-μο- Maneth. (κρυφείς cfr. infra),
κύδ-ι-μο- hymn. Hom. (κυδάνω, cfr. αὐξάνω, αὔξω, ἀπεχθάνομαι, ἀπέχθομαι, etc. cfr. ὀφέλλ-ι-μο- p. 53. sqq.),
μάχ-ι-μο-, Hom. (μάχομαι),
οὔλ-ι-μο- (ὀλέθριος) Hesych. (οὐλόμενος, cfr. Curtii Verb. I. 246., 256., II. 119.),

πλώ-ϊ-μο- Thucyd. (*πλώω*),
τόρκ-ι-μο- Hesych. (*τρόσσεσθαι*, cfr. p. 55.),
ψύχ-ι-μο Herodian (*ψύχω*).

3.) A verbis derivatis descenderunt ita, ut derivationis vocalis ante *-ι-μο-* evanuerit (cfr. *ὠφέλ-ι-μο-* p. 71.),
κάρπ-ι-μο- Theophr. (*καρπόω*, cfr. *καρπώσιμο-*),
παιπάλ-ι-μο- Schol. ad Hom. Od. X. 97. (*παιπαλάω*),
προςδόκ-ι-μο- Herod. (*προςδοκάω*, cfr. *προςδοκήσιμο-*),
χάλ-ι-μο-, Lexicogr., *χαλ-ι-μάδ-* Aeschyl. (*χαλάω*),
ὠφέλ-ι-μο- Thucyd., *ἐπωφέλ-ι-μο-* Pythog. carm. 6. (cfr. *ὠφελήσιμο-*);
huc et ipsa pertinent:
ἄνθ-ι-μο- Orph. (*ἀνθέω*), *πένθ-ι-μο-* Aeschyl. (*πενθέω*), nisi malumus haec a radicibus *ἀνθ-* (cfr. *ἀν-ήν-ο-θ-εν*), *πενθ-* (cfr. *πείσομαι* = **πένθ-σομαι*, *πέ-πονθ-α*) ducta esse; denique adicio *φρόν-ι-μο-* Sophocl., quod, quoniam *φρόνι-* nisi apud Homerum non fere legitur, non inde derivatum sed a *φρονεῖν* ortum esse crediderim; *παραφρόν-ι-μο-* Sophocl., *παμφρόν-ι-μο-* Tzetz.

4.) Sequuntur ea adiectiva, in quibus verbi stirpis subiectae *-ε-* in *-ο-* transiit (cfr. p. 71.); atque haec sunt in usu longe frequentissimo:
ἀοίδ-ι-μο- Hom. (*ἀείδω*), *παναοίδ-ι-μο-* Anthol. Plan.,
βόλ-ι-μο- (*βάλλω*, cfr. *βέλες-*, *ἔβλητο*, *βλε-ί-μην*) Etym. M., *ἀναβόλιμο-* Hesych., *διαβόλιμο-* Thom. M. ex Thucyd., *ἐκβόλιμο-* Aristot., *ἐμβόλιμο-* Herod., *παρεμβόλιμο-* Phocas, *ὑπερβόλιμο-* Schol. ad Aristoph. Vesp. 592., *ἀποβολιμαῖο-* Aristoph., *ἐμβολιμαῖο-* Auson., *ὑπερβολιμαῖο-* Suid., *ὑποβολιμαῖο-* Herodot.,
γόν-ι-μο- (*γίγνομαι*, *ἐγενόμην*) Hippocr., *ψυχογόνιμο-* Lexicogr.,
κατόχ-ι-μο- (*κατέχω*) Isaeus,
κλόπ-ι-μο- (*κλέπτω*) Phocylid.,
λόγ-ι-μο- (*λέγω*) Herod., *ἐλλόγιμο-* Plat., *συλλογιμαῖο-* Aristot.,
λόπ-ι-μο- (*λέπω*) Theophr.,
μόν-ι-μο- (*μένω*) Sophocl., *ἐπιμόνιμο-* Geop., *παραμόνιμο-* Xenoph.,
μόρ-ι-μο- Hom. (*μείρομαι*),
ὅλκ-ι-μο- (*ἕλκω*) Plut., *εὐόλκιμο-* Hippocr.,
πλό-ϊ-μο (*πλέω*) Plut.,
πλόκ-ι-μο- (*πλέκω*) Theophr.,
πόμπ-ι-μο- (*πέμπω*) Aeschyl., *ἀναπόμπιμο-* Lucian., *ἀποπόμπιμο-* Hesych., *διαπόμπιμο-* Diodor. Sic., *παραπόμπιμο-* Schol. ad Eurip. Med. 759.,
πόρ-ι-μο- (*πείρω*) Aeschyl., pro quo *πτόρ-ι-μο-* ap. Hesych. †,

---

†) cfr. *πόλεμο-*, *πτόλεμο-*, — *πόλι-*, *πτόλι-* etc.

σκόπ-ι-μο- (σκέπτομαι) Eustath.,
σπόρ-ι-μο- (σπείρω) Xenoph.,
τρόφ-ι-μο- (τρέφω) Eurip.,
φθόρ-ι-μο- (φθείρω) Maneth., φθοριμαῖο- Euseb.,
φόρ-ι-μο- (φέρω) Clem. Alex., ποτιφόριμο- Epicharm.

5) Accedunt adiectiva ea, in quibus suffixum -ι-μο- verbi stirpi reduplicatae adiunctum est:

γερ-γέρ-ι-μο- (gar-, cfr. p. 54.) Hesych.,
ἀγ-ώγ-ι-μο- (ἄγω) Eurip., εἰςαγώγιμο- Eurip., ἐξαγώγιμο- Aristot., ἐπειςαγώγιμο- Plat., συναγώγιμο- Alexis ap. Athen.,
ἐδ-ώδ-ι-μο- (ἔδω) Thucyd.,
κατ-οκ-ώχ-ι-μο- (κατακώχιμο-, κατέχω) Aristot.;

6) suffixi primarii consonas ante -ι-μο- praebent (cfr. p. 51.):

γνώ-ρ-ι-μο- (ἔ-γνω-ν) Hom.; subest forma *γνω-ρο-, Lat. gnaro-, unde ortum est verbum γνωρίζειν (cfr. Lat. i-gnorare). Neque enim ex *γνώσιμο-, id quod Papius et Kühner volunt, evadere potuit, quoniam rhotacismus, qui dicitur, nisi in Lacedaemoniorum, Eleorum, Eretriensium dialectis non invenitur; cfr. G. Meyeri Gr. Gram. p. 202; cfr. Lat. (g)nor-ma-;
εὐχ-ωλ-ι-μαῖο- Herod., (εὐχ-ωλή-, εὔχεσθαι),
κούρ-ι-μο- = *κόρ-ϝ-ι-μο- Aeschyl. (κουρά- = κορ-ϝα- cfr. Curtii Grdz. p. 148.), cfr. κουρεύ-σιμο-, κουρή-σιμο- a κουρέω ortum; cfr. οἰνοχοεύω οἰνοχοέω, τυραννεύω τυραννέω, alia.

νεκ-ρ-ι-μαῖο- Aelian., cfr. νεκ-ρό-, νεκρόω, νεκρώσιμο-,
νήσ-τ-ι-μο-, μεσονήστιμο- apud ecclesiae scriptores; cfr. νῆσ-τι-, Fickii Vgl. Wrtb. I.³ p. 11.;
νόσ-τ-ι-μο-, ἀνόστιμο- Hom., παλινόστιμο- Oppian; cfr. νόσ-το-, νοστέω, Grdz. p. 314.;
ποί-ν-ι-μο- Pind; cfr. ποι-νή-, ποι-νάω, a radice ki-; Grdz. p. 472., 489. — ἐμποίνιμο- Hesych.,
πό-τ-ι-μο- Herod; cfr. πο-τό-, Lat. potare. (χά-λ-ι-μο- cfr. p. 75.).

Quibus ex adiectivis quam multa salva nostra ratione Graeci commoditate rei ducti a cognatis substantivis derivarint, facillime conici potest et declarant praeterea adiectiva insequentia, quae non solum sunt forma sed etiam significatione secundaria. Verum enim vero quamvis eorum unum atque alterum apud ipsum Homerum, Aeschylum, Pindarum, Herodotum inveniatur, et Graecia decrepita complura succreverint, tamen et hic numerus prae ceterorum multitudine est admodum parvus neque ullum omnino excepto uno νόμιμο- unquam usu floruit.

β) **Adiectiva et significationis et formae secundariae.**

1) A nominibus derivata sunt:
ἀγρ-ιμαῖο- (ἀγρό-) Eustath., Athen.,
ἀγχον-ιμαῖο- (ἀγχόνη) Euseb.,
ἅλ-ιμο- (ἅλ-ός) Hesych.,
δρόσ-ιμο- (δρόσο-) Plut.,
ἐνεχυρ-ιμαῖο- (ἐνέχυρο-) improbatum Ecl. voc. Att. p. 160.,
ἐπιστολ-ιμαῖο- (ἐπιστολή) Demosth.,
ἡσύχ-ιμο- (ἥσυχο-) Pind.,
ἐπ-ήτρ-ιμο- (ἤτριο-) Hom.,
καίρ-ιμο-, ἀκαίριμο- (καιρό-) Athen.,
κάλλ-ιμο- (κάλλες-) Hom.,
κάκ-ιμο- (κακό-) Hesych.,
κίκ-ιμο- (τῆς κορώνης τὸ κόπριον) Hesych., cfr. κάκκη, κίκκος ἡ διαχώρησις, κίκκη ἡ ἀπὸ τῶν αἰδοίων δυσοσμία Hesych.,
λόγχ-ιμο- (λόγχη) Aeschyl.,
νόμ-ιμο- (νόμο-) Herod., Lat. nummo-,
Νύκτ-ιμο- (νυκτ-ός),
ὀβολ-ιμαῖο-, τριωβολιμαῖο- (ὀβολό-) Phot.,
ὀνυχ-ιμαῖο- (ὄνυχ-ος) Bekk. anecd.,
ὀπώρ-ιμο- (ὀπώρα) Suid.,
πηγ-ιμαῖο- (πηγή) Herodian. (?),
πύρ-ιμο- (πυρό-) Eurip. frg., Dindorfii arbitrio lectio vitiosa pro πύρ-ινο-,
τραχηλ-ιμαῖο- (τράχηλο-), a Lobeckio improbatum ad Phryn. p. 558.,
τυλ-ιμαῖο- (τύλη) Glossa,
τυχ-ιμαῖο- (τύχη) Glossa,
ὕλ-ιμο- (ὕλη) Christ. pat.,
ὑποθηκ-ιμαῖο- (ὑποθήκη) Glossa,
ὥρ-ιμο- (ὥρα) Athen.
Accedunt pauca plantarum nomina:
τὸ χάλκ-ιμον (χαλκό-) Orph., planta incerta, τὸ ὤκ-ιμον (ocimum) a Varone de re rust. I. 31. 4. ab ὠκύ- derivatum.

2) Ab adverbiis suffixo -ιμο- derivata sunt: λαθρ-ιμαῖο- λάθρα) Hesych., et fortasse κρυφ-ιμαῖο- (κρύφα) Maneth. (cfr. p. 74.), προικ-ιμαῖο- (προῖκα) Cass. Dio.; ἄγχι-μο- autem (Eurip.), ἦρι-μο- (Hesych.), ὄψι-μο- (Homer.), Πέρι-μο-, πρώϊ-μο- (Xenoph.), Ὕψι-μο- ab ἄγχι, ἦρι, ὄψι (Aeol. pro ὀψέ) περί, πρωΐ, ut a πρό πρό-μο-, per suffixum -μο- descenderuut.

Utrum ὄστριμον (stabulum, Lycoph. 94., Antim. frg. XXXII., Phot. s. h. v., Hesych. s. h. v. et s. v. ἐρικάς) ab ὄστρεο- an aliunde derivatum sit, hoc ego in medio relinquo. Hoc autem

cum certe derivatum esse forma evincatur, idem de *αἴσ-ιμο-* (Hom.), *ἐν-, κατ-, παρ-αίσ-ιμο-* neque confirmare neque negare possum; vocis enim huius origo et significatio primitiva obscurior est; cfr. Buttm. Lexil. II. p. 113., Pottii Wrzw. II. 4. 486., Fickii Vgl. Wrtb. I.[3] 508.

γ) Adiectiva illa in *-άλ-ι-μο-* exeuntia; cfr. p. 65. sqq.

II. De adiectivorum in *-σ-ι-μο-* exeuntium forma et origine.

a. De proprio horum adiectivorum usu.

Ex iis, quae supra de significatione disputavimus, vim eorum esse plane primariam neque in hoc genere quidquam interesse inter haec et adiectiva suffixo *-ι-μο-* formata satis apparet. Quare nobis ad eorum originem et formam pergentibus primum hoc significandum videtur, initia huius generis formarum, quamvis parva sint, tamen inde ab antiquissimis temporibus, ab ipso Homero, qui duo praebet exempla, *μόρσιμο-* et *φύξιμο-*, repetenda esse; inde autem proficiscentes excepto Hesiodo et Pindaro, apud quos nullum adiectivum in *-σ-ι-μο-* cadens, ne *μόρσιμο-* quidem illud in oratione numeris adstricta usitatissimum legitur, has formas paulatim crebrescere videbimus. Itaque ex hymnis Homericis accedit *ὀνήσιμο-*, ex Aeschyli fabulis: *βρώσιμο-, δράσιμο-, θανάσιμο-, εὐθνήσιμο-, θηράσιμο-, ἰάσιμο-, λεύσιμο-, λύσιμο-, πτώσιμο-, ὑπερτοξεύσιμο-, χρήσιμο-*, ex Sophoclis: *ἀκούσιμο-, ἁλώσιμο-, ἀρνήσιμο-, ἀρώσιμο-, βιώσιμο-, ἐξοικήσιμο-, ἐπόψιμο-, καταλύσιμο-, πλώσιμο-, ὠφελήσιμο-*, ex Euripidis: *ἐρείψιμο-, περάσιμο-, πορεύσιμο-*, ex Herodoti historia: *θύσιμο-, ἱππάσιμο-, ναυπηγήσιμο-*, ex Aristophanis fabulis: *ἐκπετήσιμο-*; Thucydides nova exempla non praebet; ita res temporibus magnorum oratorum et philosophorum eiusque dialecti, quae *κοινή* appellari solet, magis magisque procedit; quanta vero multitudo huiusmodi adiectivorum medio aevo provenerit, ex eo, quod in lingua Neograeca plerorumque substantivorum *-σι-* suffixo formatorum a latere neutra forma adiectivorum cognatorum cum eadem significatione incedit, satis perspicitur; itaque nunc *τὸ πλέξιμον, τὸ κρύψιμον, τὸ λούσιμον*, alia multa, quae Graeci antiqui ne per somnum quidem cogitaverint, idem valent atque *ἡ πλέξις, ἡ κρύψις, ἡ λοῦσις*; quem usum, quamvis non latius in antiquitate patuerit, tamen in horum adiectivorum vi primaria positum exemplis antiquis niti supra cognovimus; cfr. p. 6. — Neque vero hoc omittere possum, inde ab antiquissimis temporibus placuisse Graecis abundantiam quandam formarum co-

gnatarum in -σ-ι-μο- et in -ι-μο- desinentium; itaque apud Homerum praeter μόριμο- saepius legitur μόρσιμο-, cumque Sophocles πλώσιμο- et ὠφελήσιμο- praeferat, Thucydides formis -ι-μο- suffixo formatis πλόϊμο- et ὠφέλιμο- utitur; cfr. ὀφέλσιμο- Orph., Callim., ὀφέλλιμο- Maxim. Tyr. Quamquam si quae adiectiva utramque formam praebent, altera in -ι-μο- cadens vetustior esse solet:

συναγώγιμο- Alexis ap. Athen., — συνάξιμο- Eustath. Il. p. 929., 34.,
γόνιμο- Hippocr., Eurip., — γνήσιμο- Hesych.,
κάρπιμο- Aeschyl., — καρπώσιμο- Athen.,
κλόπιμο- Phocylid., — κλεψιμαῖο- Tob. II. 13.,
νεκριμαῖο- Deuteron., Aelian., — νεκρώσιμο- Ephraemius Syr.,
πότιμο- Herod., — ἑτεροπόσιμο- Tzetz.,
προςδόκιμο- Herod., — προςδοκήσιμο- Moschop.,
φαίδιμο- Hom., — φάσιμο- Etym. M. p. 789. 2., Phot.

Quin etiam eiusdem adiectivi nonnunquam forma quadruplex in usu est:

βόλιμο- Hesych., ἐκβόλιμο- Aristot. etc., λιθοβολήσιμο- Schol. ad Eurip. Or. 50., λιθοβολίσιμο- Gregor. Cor., μεταβλήσιμο- Schol. ad. Hesiod. Theog. 89.,
κούριμο- Aeschyl., κουρεύσιμο- Schol. ad Eurip. Or. 955., κουρήσιμο- Triclin. ad Sophocl. El. 52., κέρσιμο- cfr. infra.

Nulla in -ι-μο- forma respondet his:

ἀρύσιμο- Schol. ad Nic. Alex. 584., ἀρυτήσιμο- Anthol. Pal. IX. 575. 3.,
θανάσιμο- Aeschyl., εὐθνήσιμο- idem, θνηξιμαῖο- Clem. Alex., θανατήσιμο- Poll.

Quo teneam vultum mutantem Protea nodo!

b. Adiectiva in -σ-ι-μο- cadentia.

Suffixum -σ-ι-μο- nullis verbi exitus terminis circumscriptum est. Itaque cum -σ-ι-μο- plerumque cum verbis derivatis coniungatur atque radicibus in literam dentalem exeuntibus solum affigi possit, ceterae consonae non minus ante hoc suffixum apparent. Quod ut demonstrem, singula haec adiectiva in -σ-ι-μο- exeuntia percensebo; cum autem ad eorum originem explicandam multum valeant substantiva cognata -σι- suffixo formata, haec mihi, quae quidem exstent, una afferenda esse videntur. Atque initium capio ab iis adiectivis, in quibus -σ-ι-μο- affixum est

α) consonis:

αα) labiali.

1. β.

ἐπιλήψ-ι-μο- Lucian. (ἐπίληψι- Hippocr.),
καταλήψ-ι-μο- Antiph. (κατάληψι- Thucyd.),

2. *π.*

ἐρείψ-ι-μο- Eurip. (*ἔρειψι-* Erotian.),
κλεψ-ι-μαῖο- Tob. II. 13. (*κλεψία-* Nicet.),
ἀποκόψ-ι-μο- Glossa (*ἀντίκοψι-* Theophr.),
ἐπιλείψ-ι-μο- Tzetz. (*ἐπίλειψι-* Thucyd.),
ἐπόψ-ι-μο- Sophocl. (*ἔποψι-* Thucyd.),
ῥίψ-ι-μο- Orneosoph. (*ῥῖψι-* Aristot.),
ἀποῤῥίψ-ι-μο- Artemid. (*ἀπόῤῥιψι-* Byz.).

3. *φ.*

βάψ-ι-μο- Jambl. (*βάψι-* Antiph.),
παραγράψ-ι-μο- Sext. Emp.,
ἐρέψ-ι-μο- Plat. (*ἔρεψι-* Theophr.).

ββ) gutturali:

1. *γ.*

συνάξ-ι-μο- Eustath. (*σύναξι-* Eustath.),
ἀλλάξ-ι-μο- cfr. Lob. prol. p. 163. (*ἄλλαξι-* Byz.),
μίξ-ι-μο- Suid. (*μίξι-* Plat.),
πράξ-ι-μο- Polyb. (*πρᾶξι-* Hom.),
ἀνασάξ-ι-μο- C. J. I. p. 287. (*σάξι-* Aristot.),
τρώξ-ι-μο- Hippocr. (*τρῶξι-* Aristot.),
φεύξ-ι-μο- Plut. (*φεῦξι-* Soph.),
ἐκφεύξ-ι-μο- Schol. ad. Apoll. Rh. 1. 246,
φύξ-ι-μο- Hom., Plut. (*φύξι-* Hom.),
καταφύξ-ι-μο- Plut. (*κατάφευξι-* Thucyd.).

2. *κ.*

θηξ-ι-μαῖο- Clem. Alex.,
τρόξ-ι-μο- Zonar.,
παραχαράξ-ι-μο- Suid. (*παραχάραξι-* Epiphan.).

γγ) dentali:

ἀθροί-σ-ι-μο- eccl. script. (*ἄθροισι-* Thucyd.),
δικά-σ-ι-μο- Plat. (*δίκαξι-* tit. Lac.),
ἐπιδικά-σ-ι-μο- Lucian. (*ἐπιδικασία-* Demoth),
ἐνδοιά-σ-ι-μο- Lucian. (*ἐνδοίασι-* Hermog.),
ἑορτά-σ-ι-μο- Plut. (*ἑόρτασι-* Plat.),
ἐργά-σ-ι-μο- Xenoph. (*ἐργασία-* Hom.),
εὐνά-σ-ι-μο- Xenoph.,
θερέ-σ-ι-μο- = *θερί-σ-ι-μο-* Hesych. (*θέρισι-* Glossa),
ἱππά-σ-ι-μο- Herod. (*ἱππασία-* Aristoph.),
λιθοβολί-σ-ι-μο- Greg. Cor. (*ἀκροβόλισι-* Xenoph.),
ἐξορι-σ-ι-μαῖο- Hesych. (*ἐξόρισι-* Athen.),
νεά-σ-ι-μο- Glossa (*νέασι-* Theophr.),
πεδιά-σ-ι-μο- Ammon., (*πεδίασιο-* Suid.),
πιέ-σ-ι-μο- Glossa (*πίεσι-* Aristot.),
στεγά-σ-ι-μο- Hesych. (*στέγασι-* Glossa),

στοιβά-σ-ι-μο- Glossa,
Σώ-σ-ι-μο- Anthol. Pal. (*σῶσι-* Cram. Anecd.),
Φρά-σ-ι-μο- Apollod. (*φράσι-* Aelian.).
Verbi *ἀφύσσειν* fluctuatio (*ἤφυσα, ἀφύξω*) eadem ad adiectiva inde orta manavit:
ἀφύ-σ-ι-μο- Schol. ad. Nicand. Alex. 584.,
ἀφύξ-ι-μο- Nicand. Ther. 604.

δδ) *-σ-ι-μο-* liquidae affixum est

1. servatis literis *ρ, λ* in:

ἐγέρ-σ-ι-μο- Theocr. (*ἔγερσι-* Hippocr.),
κέρ-σ-ι-μο- Schol. Vict. ad. Il. 24. 81,
φύρ-σ-ι-μο- Nicand. (*φύρσι-* Manass.),
μόρ-σ-ι-μο- Hom.,
ὀφέλ-σ-ι-μο- Orph.

2. *ν* ante *-σ-ι-μο-* eliso in:

πλύ-σ-ι-μο- Glossa (*πλύσι-* Plat.),
κρί-σ-ι-μο- Hippocr. (*κρίσι-* Sophocl.),
κατακρί-σ-ι-μο- Arrian. (*κατάκρισι-* eccl. script.),
φά-σ-ι-μο- Etym. M. (*φάσι-* Aristot.).
Aliquanto maior est numerus eorum adiectivorum, in quibus suffixum *-σ-ι-μο-* antecedunt

β) vocales,

αα) breves:

αἱρέ-σ-ι-μο- Xenoph. (*αἵρεσι-* Aristot.),
ἐξαιρέ-σ-ι-μο- Aristot. (*ἐξαίρεσι-* Herod.),
ἀκέ-σ-ι-μο- Plut., *ἀκέσσ-ι-μο-* Maxim. Tyr. (*ἄκεσι-* Herod., Plut.),
ἀνῠ-σ-ι-μο- Xenoph. (*ἄνῠσι-* Hom.),
ἀρῠ-σ-ι-μο- Schol. ad Nicand. Alex. 584.,
βᾰ-σ-ι-μο- Diod. Sic. (*βᾰσι-* Aristot.),
ἀναβᾰ-σ-ι-μο- Cyrill. (*ἀνάβᾰσι-* Herod., Xenoph.),
προβᾰ-σ-ι-μο- Dionys Per. (*πρόβᾰσι-* Galen.),
προςβᾰ-σ-ι-μο- Prisc. (*πρόςβᾰσι-* Thucyd.),
γελᾰ-σ-ι-μο- Lucian. (*γέλᾰσι-* Etym. M.), Catagelasimus, Plaut. Stich. IV. 2. 51.,
ἀποδό-σ-ι-μο- Schol ad Thucyd. III. 52. (*ἀπόδοσι-* Plat.),
διαδό-σ-ι-μο- Synes. (*διάδοσι-* Demosth.),
ἐκδό-σ-ι-μο- Athen. (*ἔκδοσι-* Herod.),
ἐνδό-σ-ι-μο- Aristot. (*ἔνδοσι-* Theophr.),
ἐπιδό-σ-ι-μο- Athen. (*ἐπίδοσι-* Xenoph.),
παραδό-σ-ι-μο- Polyb. (*παράδοσι-* Thucyd.),
ἀνέ-σ-ι-μο- Schol. ad Thucyd. VII. 73. (*ἄνεσι-* Plat.),
ἀφέ-σ-ι-μο- Aristid. (*ἄφεσι-* Hippocr.),
ἐφέ-σ-ι-μο- Demosth. (*ἔφεσι-* Plut.),
εἰρῠ-σ-ι-μο- Nicand.,

ἐρῠ́-σ-ι-μο- Theophr. (ἔρῠσι- Maxim. Tyr.),
ἑλκῠ́-σ-ι-μο- Phot. (ἕλκῠσι- Hesych.),
ἀποθέ-σ-ι-μο- Nicol. Damasc. (ἀπόθεσι- Plat.),
περιθέ-σ-ι-μο- Joseph. (περίθεσι- Sext. Emp.),
ὑπεχθέ-σ-ι-μο- = ὑπεκθέ-σ-ι-μο- C. J. III. p. 412. tit. 2556. 25. (ὑπέκθεσι- Joseph.),
ὑπερθέ-σ-ι-μο- Euagr. (ὑπέρθεσι- Strab.),
θῠ́-σ-ι-μο- Herod. Aristoph. (θῠσία- Pind.),
ἐκθῠ́-σ-ι-μο- Plut. (ἔκθῠσι Plut.),
ἱλᾰ́-σ-ι-μο- Nicet.,
λῠ́-σ-ι-μο- Aeschyl. (λῠ́σι- Hom.),
ἀπολῠ́-σ-ι-μο- Antiph. (ἀπόλῠσι- Herod.),
καταλῠ́-σ-ι-μο- Sophocl. (κατάλῠσι- Thucyd.),
πετᾰ́-σ-ι-μο- Nicet. (πέτᾰσι- Achmes. Onir.),
πόσ-ι-μο- Lexicogr., ἑτεροπό-σ-ι-μο- Tzetz. (πόσι- Hom.),
ῥῠ́σ-ι-μο- Nicand. (ῥῠ́σι- Aristot.),
διασπᾰ́-σ-ι-μο- Lexicogr. (διάσπᾰσι- Theophr.),
στᾰ́-σ-ι-μο- Hippocr. (στᾰ́σι- Hippocr.),
ἀναστᾰ́-σ-ι-μο- eccl. script. (ἀνάστᾰσι- Aeschyl.),
παραστᾰ́-σ-ι-μο- eccl. script. (παράστᾰσι- Plat.),
περιστᾰ́-σ-ι-μο- Timaeus ap. Athen. (περίστᾰσι- Aristot.),
ὑδροστᾰ́-σ-ι-μο- Dioscorid.,
φῐ́-σ-ι-μο- Theophr. (φῠ́σι- Hom.).

ββ) diphthongi et vocales longae:

ἀγρεύ-σ-ι-μο- Schol. ad Soph. Phil. 846. (ἄγρευσι- Hesych.),
ἀκού-σ-ι-μο- Sophocl. (ἄκουσι- Aristot.),
ἀμβλώ-σ-ι-μο- Maxim. Tyr. (ἄμβλωσι- Aelian.),
ἀρδεύ-σ-ι-μο- Hesych. s. v. κατάρρυτα (ἄρδευσι- Polyb.),
βακχεύ-σ-ι-μο- Eurip. (βάκχευσι- Eurip.),
βρώ-σ-ι-μο- Aeschyl. (βρῶσι- Hom.),
δαί-σ-ι-μο- Hesych.,
ζώ-σ-ι-μο- Alex. Aphrod.,
θηρεύ-σ-ι-μο- Lexicogr. (θήρευσι- Plat.),
ἱερεύ-σ-ι-μο- Plut.,
ἱκετεύ-σ-ι-μο- Hesych. (M. Schmidtius scribit ἱκετήσιο-) (ἱκέτευσι- Suid.),
ἱππεύ-σ-ι-μο- varia lectio pro ἱππά-σ-ι-μο- ap. Herod. V. 63.,
καύ-σ-ι-μο- Xenoph. (καῦσι- Herod.),
κατακαύ-σ-ι-μο- Hesych. s. v. ἄθινα- (κατάκαυσι- Galen.),
κηδεύ-σ-ι-μο- Lexicogr. (κήδευσι- Ael.),
κηπεύ-σ-ι-μο- Alex. Trall. (κήπευσι- Byz.),
κλαύ-σ-ι-μο- Glossa, (κατάκλαυσι- Glossa),
κουρεύ-σ-ι-μο- Schol. ad Eurip. Or. 965.,
ἐκκλητεύ-σ-ι-μο- Hesych. s. v. ἐφέσιμον.
λεύ-σ-ι-μο- Aeschyl.,

καταλεύ-σ-ι-μο- Dinarch. ap. Suid. (*κατάλευσι-* Chrysost.),
κατανεύ-σ-ι-μο- Cyrill. (*κατάνευσι-* Eust.),
ὁδεύ-σ-ι-μο- Strab.,
διοδεύ-σ-ι-μο- Lexicogr. (*διόδευσι-* Hippocr.),
παροδεύ-σ-ι-μο- Schol. ad Callim. lavacr. Pall. 90. (*παρόδευσι-* Procl.),
περιοδεύ-σ-ι-μο- Glossa (*περιόδευσι-* Suid.),
καταπαύ-σ-ι-μο- Greg. Naz. (*κατάπαυσι-* Theophr.),
πεπαρεύ-σ-ι-μο- (*εὔφραστον, σαφές*) Hesych., pro quo Lobeckius path. prol. p. 164. *πεπαρή-σ-ι-μο-* scriptum vult,
πλώ-σ-ι-μο- Sophocl.,
πορεύ-σ-ι-μο- Xenoph. (*πόρευσι-* Plat. def.),
διαπορεύ-σ-ι-μο- Hesych. (*διαπόρευσι-* Suid.),
προβατεύ-σ-ι-μο- Philo (*προβάτευσι-* Lexicogr.),
προελευ-σ-ι-μαῖο- Porphyr. (*προέλευσι-* Eustath.),
σιτεύ-σ-ι-μο- Anthol. Pal. (*σίτευσι-* Glossa),
στρατεύ-σ-ι-μο- Xenoph. (*στράτευσι-* Dionys. H.),
ἐκστρατεύ-σ-ι-μο- Schol. ad Thucyd. VI. 30. (*ἐκστράτευσι-* Tzetz.),
διατοξεύ-σ-ι-μο- Plut. (*τόξευσι-* Lexicogr.),
ὑπερτοξεύ-σ-ι-μο- Aeschyl.,
φονεύ-σ-ι-μο- Schol. B. ad Hom. Il. XXII. 13.,
φυτεύ-σ-ι-μο- Diod. Sic. (*φύτευσι-* Aristot.).

γγ) vocales productae:

ἁλώ-σ-ι-μο- Herod., Thucyd. (*ἅλωσι-* iidem),
ἀμφισβητή-σ-ι-μο- Xenoph. (*ἀμφισβήτησι-* Plat.),
ἀναμφισβητή-σ-ι-μο- Euseb.,
ἀρά-σ-ι-μο-, *καταρᾱ́-σ-ι-μο-* Suid., *ἐπαρᾱ́-σ-ι-μο-* Phocyl. (*κατάρᾱσι-* Septuag.),
ἀρνή-σ-ι-μο- Sophocl. (*ἄρνησι-* Sophocl.),
ἀρυτή-σ-ι-μο- Anthol. Pal.,
βιώ-σ-ι-μο- Sophocl., Eurip., Herod. (*βίωσι-* testam. nov.),
μεταβλή-σ-ι-μο- Schol. ad Hesiod. Theog. 89. (*σύμβλησι-* Septuag.),
βοηθή-σ-ι-μο- Theophr. (*βοήθησι-* Hippocr.),
γεωργή-σ-ι-μο- Aristot.,
γνή-σ-ι-μο- Hesych. (cfr. *γνήσιο-* Eurip.),
διαιτή-σ-ι-μο- Isaeus ap. Poll. VIII. 64. (*διαίτησι-* Hippocr.),
δρᾱ́-σ-ι-μο- Aeschyl. (*δρᾶσι-* Lucian.),
ζητή-σ-ι-μο- Xenoph. (*ζήτησι-* Thucyd.),
ἐπιζητή-σ-ι-μο- Lexicogr. (*ἐπιζήτησι-* Galen.),
θανατή-σ-ι-μο- Anon. Physiogn. ap. Du Cange s. v. *Ναγκαρίζειν*,
θνηξ-ι-μαῖο- Clem. Alex.,
θνη-σ-ι-μαῖο- Hierocl., *εὐθνή-σ-ι-μ-ο-* Aeschyl. (*θνῆσι-* Anastas.),

θηρᾰ́-σ-ι-μο- Aeschyl. (Θηρασία- Strab.),
ἰᾰ́-σ-ι-μο- Aeschyl. (ἴᾱσι- Sophocl.),
καρπώ-σ-ι-μο- Athen. (κάρπωσι- Xenoph.),
κενώ-σ-ι-μο- Nicet. (κένωσι- Plat.),
κουρή-σ-ι-μο- Triclin. ad Soph. El. 52.,
λιθοβολή-σ-ι-μο- Schol. ad Eurip. Or. 50.,
μαστιγώ-σ-ι-μο- Lucian. (μαστίγωσι- Athen.),
μισθώ-σ-ι-μο- Demosth. (μίσθωσι- Plat.),
ναυκληρώ-σ-ι-μο- Hesych.,
ναυπηγή-σ-ι-μο- Herod. (ναυπήγησι- Hesych. s. v. Ξυλοδωνίη),
νεκρώ-σ-ι-μο- Ephraem. Syr. (νέκρωσι- II. Cor. 4. 10.),
νωμή-σ-ι-μο- Nicet. (νώμησι- Plat.),
ξυρή-σ-ι-μο- Ael. Dionys. (ξύρησι- Plut.),
οἰκή-σ-ι-μο- Arrian. (οἴκησι- Thucyd.),
ἐνοική-σ-ι-μο- Schol. ad Soph. Oed. C. 27. (ἐνοίκησι- Thucyd.),
ἐξοική-σ-ι-μο- Sophocl. (ἐξοίκησι- Plat.),
ὀνή-σ-ι-μο- hymn. Hom. (ὄνησι- Hom.),
ὀπτή-σ-ι-μο- Eubul. ap. Athen. (ὄπτησι- Aristot.),
παιδοποιή-σ-ι-μο- Schol. ad Soph. Antig. 569. (παιδοποίησι- Plat.),
περᾰ́-σ-ι-μο- Eurip. ap. Stob. (πέρᾱσι- Soph.),
πρᾰ́-σ-ι-μο- Xenoph. (πρᾶσι- Herod.),
προςδοκή-σ-ι-μο- Moschop.,
προςκυνή-σ-ι-μο- Chrysost. (προςκύνησι- Phot.),
προςφωνή-σ-ι-μο- Hieronym. (προσφώνησι- Long.),
προφωνή-σ-ι-μο- Byz. (προφώνησι- Byz.),
πτή-σ-ι-μο- Julian. (πτῆσι- Aeschyl.),
ἐπαναπτή-σ-ι-μο- Hesych.,
ἐκπετή-σ-ι-μο- Aristoph., Aelian.,
πτώ-σ-ι-μο- Aeschyl. (πτῶσι- Aristot.),
σπονδή-σ-ι-μο- Philem. p. 377. Mein. (cfr. Lob. prol. 164.),
σταυρώ-σ-ι-μο- Hesych. (σταύρωσι- eccl. script.),
τρυγή-σ-ι-μο- Hesych. (τρύγησι- Plut.),
χρή-σ-ι-μο- Aeschyl. (χρῆσι- Thucyd.),
ἀχρή-σ-ι-μο- Theophr., παγχρή-σ-ι-μο- Euseb.,
χρῑ́-σ-ι-μο- Schol. ad Aristoph. Plut. 529., (χρῖσι- Aelian.),
φοιτή-σ-ι-μο- Cram. anecd. I. 208. (φοίτησι- Pausan.).
ὠφελή-σ-ι-μο- Soph. (ὠφέλησι- Soph.).

Accedunt duo adiectiva, quae ante -σ-ι-μο- nunc vocalem productam praebent, nunc non item:

ἀρώ-σ-ι-μο- Sophocl. Antig. 565., Philo de S. Mirac. I. 6., Maxim. Tyr. VI. 21. 71. — ἀρό-σ-ι-μο- Theophr. de caus. plant. III. 2. 266. (ἄροσι- Hom., Aristot.),
αἰδή-σ-ι-μο- Orph. Argon. 1346., — αἰδέ-σ-ι-μο- Lucian., Pausan., Plut. (αἴδεσι- Demosth.); — denique apud

Maxim. v. 149. invenitur *ἀκέσσιμο-* (*ἀκέ-σ-ι-μο-* Plut.), cui nunc substitutum est *ἐναίσιμο-*; cfr. Lob. path. prol. p. 166.

c. De huius -σ- natura et indole.

α) Quid non sit.

Quoniam igitur quae huc pertineant adiectiva cognovimus, nunc ad eorum formam et originem transeundum esse videtur. Qua de re quid antiqui grammatici, quid nostrae aetatis viri docti censerent, supra exposuimus. Atque ex tribus illis sententiis, quae de hac re potissimum inter se oppositae sunt, antiqua est ea, qua haec adiectiva a futuro verborum originem duxisse putantur; cfr. Herodian. II. 248. 18., Etym. Mag. 487. 26., Philem. Onomat. I. 72., Cram. anecd. I. 208., 225., Eustath. p. 1472. 33., quos sequuntur Schaefer ad Gregor. Cor. p. 533., de maxima parte harum formarum Lobeckius path. prol. p. 162. sqq., Moiszisstzigius p. 27. Cui rationi, quamvis ad primitivam eorum vim magis accommodata sit quam eorundem virorum de adiectivis *-ι-μο-* suffixo formatis sententia, tamen re accuratius explorata multa repugnare videbimus. Atque primum quidem si *-ι-μο-* verbi stirpi tam certae atque definitae significationis, qua futurum Graecum longissime disiunctum est a stirpibus praesentis et perfecti earumque usu liberiore atque soluto, affixum esset, his adiectivis ab initio vim futuri ut nativam atque primitivam subiectam esse consentaneum esset. Quod longe secus esse cognovimus; immo cum aut id, quod fit fierique solet aut quod facile fieri potest, significare soleant saepeque participiorum perfecti vicem praestent, a futuri significatione prorsus aliena sunt (cfr. p. 24. sqq.). Neque vero solum significatione sed etiam forma adiectivorum sententia illa refutatur. Repugnant enim *πρά-σ-ι-μο-*, *ζώ-σ-ι-μο-*, quorum verborum omnino nullum exstet futurum, repugnant *θνή-σ-ι-μο-*, *θνήξ-ι-μο-*, *πό-σ-ι-μο-*, *ἑτεροπό-σ-ι-μο-*, *πτώ-σ-ι-μο-*, *φύξ-ι-μο-*, quorum forma multum distet a futuris *θανοῦμαι*, *πίομαι*, *πεσοῦμαι*, *φευξοῦμαι*, *φεύξομαι*, repugnant denique omnia adiectiva, quibus quae subiectae sunt verborum radices in liquidam exeant: *ἐγέρ-σ-ι-μο-*, *κέρ-σ-ι-μο-*, *μόρ-σ-ι-μο-*, *ὀφέλ-σ-ι-μο-*, *πλύ-σ-ι-μο-*, *κρί-σ-ι-μο-*, *κατα-κρί-σ-ι-μο-*, *φά-σ-ι-μο-*. Quod cum non fugerit Eustathium, hanc difficultatem ita solvere conatus est, ut futura Aeolica illis subesse diceret; etenim p. 1472. 33. *τοῦ δὲ ὀφέλλειν*, inquit, *ἐστὶ καὶ ὄνομα παρὰ Ὀππιανῷ τὸ ὀφέλλιμος, ὅ τινες ὀφέλσιμος ἔγραψαν Αἰολικώτερον*, atque eadem est sententia Lobeckii prol. p. 166. At omnes Graecos in hac re uno consensu Aeolice locutos esse

nisi ita, ut ab Homero, si quidem eius carmina recte Fickius, vir doctissimus, a principio dialecto Aeolica conscripta esse censet, hunc usum profectum ad ceteras civitates Graecas manasse credamus, non consentaneum est. Sed nescio quo pacto ipsius Homeri duobus illis exemplis *μόρ-σ-ι-μο-* et *φύξιμο-*, quae nemo unquam a futuris Aeolicis profecta esse censebit, sententia haec refellitur. At ne posteriorum quidem temporum Graecos ad futura haec adiectiva revocasse, tota illorum cohorte, quae ante *-σ-ὶ-μο-* praebent vocalem brevem, cum in futuro producta esse soleat, evincitur. Hac enim re, quamvis facile accommodari potuerint, a futuro verborum dissident adiectiva:

αἱρέ-σι-μο-, *ἐξαιρέ-σ-ι-μο-*, fut. *αἱρήσω*,
θῠ-σ-ι-μο-, *ἐκθῠ-σ-ι-μο-*, fut. *θῡσω*,
λῠ-σ-ι-μο-, *καταλῠ-σ-ι-μο-*, *ἀπολῠ-σ-ί-μο-*, fut. *λῡσω*,
φῠ-σ-ι-μο-, fut. *φῡσω*,
βᾰ-σ-ι-μο-, *ἀναβᾰ-σ-ι-μο-*, *προβᾰ-σ-ι-μο-*, *προςβᾰ-σ-ι-μο-*, — fut. *βή-σ-ο-μαι*,
διαδό-σ-ι-μο-, *ἐκδό-σ-ῐ-μο-*, *ἐνδό-σ-ῐ-μο-*, *ἐπιδό-σ-ι-μο-*, *ἀποδό-σ-ι-μο-*, *παραδό-σ-ι-μο-*, — fut. *δώσω*,
ἀνέ-σ-ῐ-μο-, *ἀφέ-σ-ι-μο-*, *ἐφέ-σ-ι-μο-*, — fut. *ἥσω*,
ἀποθέ-σ-ι-μο-, *ὑπεκθέ-σ-ι-μο-*, *ὑπερθέ-σ-ι-μο-*, *περιθέ-σ-ι-μο-*, — fut. *θήσω*,
στᾰ-σ-ι-μο-, *ἀναστᾰ-σ-ι-μο-*, *παραστᾰ-σ-ι-μο-*, *περιστᾰ-σ-ι-μο-*, — fut. *στήσω*.

Quae omnia si quis secum reputaverit, nullam omnino his adiectivis aut a principio aut postea cum verborum cognatorum futuro neque significationis neque formae propinquitatem intercedere facile sibi persuadebit. Quoniam autem permultorum forma a futuro non abhorret, inde, quia casu hoc evenit, quantopere cavendum sit, ne ex duobus nominum generibus similitudine quadam formae ductus alterum ab altero originem duxisse credas, satis elucet.

Alteram viam ingressus est L. Meyer Vgl. Gram. II.[1] 621. sqq.; repudiato enim futuro omnia haec adiectiva a substantivis cognatis suffixo *-σι-* formatis derivata esse vult, atque ad hanc eandem sententiam Papius Etymol. Wrtb. p. 140. inclinat. Neque vero negari potest, pleraque eorum a forma horum substantivorum proxime abesse; itaque in utrisque, ut ex indice nostro apparet, verbi vocalis modo producitur modo non producitur; quin etiam, ubi substantivi stirps exstat duplex, ut in *φύξι-* (Hom.), *φεῦξι-* (Sophocl.), formae eadem varietas in his adiectivis conspicitur, ut in *φύξ-ι-μο-* (Hom.), *φεύξ-ι-μο-* Plut., qui idem etiam formam alteram praebet; Sophocles autem, cum, quantum video, primus usurparit *φεῦξι-* (Antig. 359.), tamen ibidem (786) altera huius adiectivi forma *φύξ-ι-μο-* utitur. Accedit, quod in lingua Neo-

graeca, ut supra dixi, neutra forma horum adiectivorum pleraque substantiva -σι- suffixo formata cum eadem vi comitari solet. Itaque quamquam et Neograecos illa ab his derivare verisimile est, neque equidem antiquis temporibus altera ad alterorum formam valuisse aliquid negaverim, tamen quin horum adiectivorum origo sit alia quaedam, dubitari non potest.

Atque primum quidem ex significatione non ea esse derivata sed primaria effici supra demonstravimus. Quam tandem qualemque formam vere secundariam, quo tempore, quo loco monumentorum literarum Graecarum accusativus obiecti sequitur? At sequitur adiectivum φύξ-ι-μο- apud scriptorem unum omnium elegantissimum et perpolitissimum, Sophoclem (cfr. p. 38.). Verum haec omnia sunt satis trita et cognita, mitto etiam locos velut ἔνθ᾽ οὐ ποδὶ χρησίμῳ χρῆται Soph. Oed. Tyr. 879., τῶν τὰ μισθώσιμα μισθουμένων Demosth. p. 713. 4., οἱ δὲ κελευσταὶ τοῖς ἐρέταις τὸ ἐνδόσιμον ἐνέδοσαν Suid. s. v. ἐνέδοσαν, ubi χρησίμῳ, μισθώσιμα, ἐνδόσιμον ad ipsam verborum χρῆται, μισθουμένων, ἐνέδοσαν notionem spectare appareat: ipsa forma haec adiectiva primitiva esse evincitur. Etenim primum frustra derivationis signa quaeruntur; nusquam invenitur *πράξε-ι-μο-, ut πραξε-ίδιο- a πρᾶξι- ortum, vel simile quidquam, sed πράξ-ι-μο-, δράσ-ι-μο-, στά-σ-ι-μο- etc. (cfr. p. 50.). Jam ex derivationis notione id efficitur, nomina primaria aut primariorum instar, unde derivata sint ea, quae derivatorum in numero habenda sint, exstent necesse esse. Quae quamquam revera maximae horum adiectivorum parti respondent, tamen haud ita pauca hoc principio carent. Mitto illa adiectiva, quibus ipsis huiusmodi substantiva accurate convenientia non inveniantur: ἀποκόψ-ι-μο- Glossa, ἀνασάξ-ι-μο- C. Inscr., καταφύξ-ι-μο- Plut., μεταβλή-σ-ι-μο- Schol., ὁδεύ-σ-ι-μο- Strab., ἀρά-σ-ι-μο- Suid., ἐπαναπτή-σ-ι-μο- Hesych., λιθοβολί-σ-ι-μο- Gregor. Cor., κλαύ-σ-ι-μο-, cum iis similia inveniantur: ἀντίκοψι- Theophr., σάξι- Aristot., φύξι- Hom., σύμβλησι- Sext. Emp., κατάρασι- Septuag., πτῆσι- Aeschyl., ἀκροβόλισι- Xenoph., κατάκλαυσι- Glossa; restant, quibus nullum omnino substantivum respondeat:

ἀρύ-σ-ι-μο- Schol. ad. Nicand. Alex. 584, ἀρυτή-σ-ι-μο- Anthol. Pal., ἀφύξ-ι-μο- Nicand., ἀφύ-σ-ι-μο- Schol. ad Nicand. Alex. 584., γεωργή-σ-ι-μο- Aristot., παραγράψ-ι-μο- Sext. Emp., δαί-σ-ι-μο- Hesych., εὐνά-σ-ι-μο- Xenoph., ζώ-σ-ι-μο- Alex. Aphr., θανατή-σ-ι-μο- Anonym. Physiogn., θηξ-ι-μαῖο- Clem. Alex., ἱερεύ-σ-ι-μο- Plut., ἱλά-σ-ι-μο- Nicet., ἱππεύ-σ-ι-μο- Herod., ἐκκλητεύ-σ-ι-μο- Hesych., κουρεύ-σ-ι-μο- Schol. ad. Eurip. Or. 965., κουρή-σ-ι-μο- Triclin., ναυκληρώ-σ-ι-μο- Hesych., μόρ-σ-ι-μο- Hom., ὀφέλ-σ-ι-μο- Orph., προςδοκή-σ-ι-μο- Byz., πεπαρεύ-σ-ι-μο- Hesych., πλώ-σ-ι-μο- Soph., τρόξ-ι-μο- Zonar., φονεύ-σ-ι-μο- Schol. B. ad Hom. Il. XXII. 13.

Haec igitur adiectiva ex parte ab optimis Graecorum scriptoribus usitata substantivis -σι- suffixo formatis ut principiis carent suntque sui iuris et libera quodammodo. Quod idem cadit in Sophocleum illud βιώ-σ-ι-μο- et in Euripideum ἐρείψ-ι-μο-; namque βίωσι- in Novo demum Testamento invenitur, et dubito, num scriptorum elegantiorum quisquam hac voce unquam usurus fuerit; ἔρειψι- autem Erotianus demum praebet; at ne Aeschyleum illud θηρά-σ-ι-μ-ο- quidem facile quisquam a Θηρασία-, insulae nomine, derivatum esse censebit; θήρασι- autem frustra quaeritur. Quid loquar de adiectivis illis Aeschyleis εὐθνή-σ-ι-μο-, λεύ-σ-ι-μο-, ὑπερτοξεύ-σ-ι-μο-, δρά-σ-ι-μο-, quibus quae substantiva subicere possis, post tempus longissimum succreverint? Cfr. θνῆσι- Anast., κατάλευσι- Chrysost., τόξευσι- Lexicogr., δρᾶσι- Lucian. Quis tandem ex Hesychio ναυπήγησι- arcesset arcessitumque Herodoteo illi ναυπηγή-σ-ι-μο- ut principium subesse volet, cum Herodotus ipse illo substantivo repudiato formam ναυπηγία- usurpaverit? — Verum quid ego haec eaque leviora commemoro, adiectiva cum exstent, quorum forma a cognatis substantivis aliena sit? Neque enim aut Sophocles pro ἀρό-σ-ι-μο- dixisset ἀρώ-σ-ι-μο- aut esset in Orph. Argon. αἰδή-σ-ι-μο- pro αἰδέ-σ-ι-μο-, si uterque auctor a substantivis αἴδε-σι- et ἄρο-σι- derivata esse ea voluisset; quod idem cadit in ἀκέ-σσ-ι-μο- Maxim. v. 149. (cfr. p. 85.), pro quo fortasse ἀκή-σ-ι-μο- substituendum est. Jam cum πτή-σ-ι-μο- Julianum et ἐπαναπτή-σ-ι-μο- Hesychium a πτῆσι- derivasse facile conicere possis, ἐκπετή-σ-ι-μο-, qua forma Aristophanes usus est et Aelianus, ab hoc principio prorsus abhorret. Accedit κέρ-σ-ι-μο-, de quo Schol. Vict. ad Hom. Il. XXIV. 81: κέρας βοός· οἱ δὲ τὸ κέρσιμον ἢ (scribendum est ὅ) πρὸς τοῖς ἄκροις τῶν καλάμων βάλλουσι πρὸς τὸ καταμίγνυσθαι τῷ βάρει τῶν ἰχθύων. Cum igitur lineae piscatoriae finis, ne piscibus mordicus divideretur, tubulo corneo circumdari soleret, τὸ κέρ-σ-ι-μο- a radice κερ- (κείρω) ortum significare cornu, quod lineae fili loco piscibus arroditur, apparet; hanc vim arrodendi, depascendi subesse huic verbo testatur Hom. Od. XI. 578. γῦπε δέ μιν ἧπαρ ἔκειρον, Lucian. de mort. 30. 1. ὑπὸ γυπῶν κείρεσθαι τὸ ἧπαρ. Cfr. verbum Latinum tondendi. Quod quominus Passovio et Lobeckio (path. prol. p. 161.) assentiar, non deterreor altera huius vocis forma, quam praebet haec Hesychii glossa: γέρσίμον ἄκρον ἁλιευτικοῦ καλάμου, inque hoc γέρσιμον γ illud ex κ profectum esse puto; cfr. κνέφας-, γνόφο-, κνέφαλο-, γνόφαλλο-, κνάμπτειν, γνάμπτειν, κράστιδ-, γράστι-, πρᾶκες-, πρᾶγες-, σάκες-, σάγη-, cfr. Curtii Grdz. p. 535., G. Meyeri Gr. Gram. p. 180. Qua in re non praeterire possum aliud nomen eiusdem rei, γέντίμον· ἄκρον ἁλιευτικοῦ καλάμου (Glossa.); quod quamvis non ad originem suam revocare possim, tamen et a κέρ-σ-ι-μο- illo vel γέρ-σ-ι-μο- prorsus alienum esse neque huc pertinere nescio an

facile mihi concedas. — Cum autem a κερ- (κείρειν) substantivum κάρ-σι-, ἀπόκαρ-σι-, ut a δερ- (δέρειν) δάρ-σι-, a περ- (πείρειν) διάπαρ-σῖ-, a φθερ- (φθείρεῖν) διάφθαρ-σι-, tenuissima stirpis forma subiecta ex antiqua nominum formationis lege (cfr. G. Meyeri Gr. Gram. p. 12.) quamvis saepe postea neglecta ductum sit, quam non ab his substantivis haec nomina oriunda sint, manifestum est.

Postquam igitur neque optimos Graecorum auctores, Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Herodotum, Aristophanem, Xenophontem, neque posteriorum temporum scriptores, Aristotelem, Nicandrum, alios haec adiectiva cognatorum substantivorum vinculis adstricta voluisse vidimus, ne a principio quidem eorum hanc esse originem, si rem inde ab Homero repetiverimus, facile nobis persuadebimus. Ex enim duobus illis huiusmodi adiectivis, quae sunt apud Homerum, quia φύξ-ι-μο- neque esse derivatum a φύξι- neque non esse demonstrari potest, μόρ-σ-ι-μο- maxime idoneum est, quo qui sit totius huius generis formarum ortus est fons ad liquidum confessumque perducatur. Quod tandem substantivum -σι- suffixo formatum huic adiectivo subiciamus? At vero nusquam exstat; sed hoc levius, gravius est illud: si exstaret, formam praeberet aliam quandam, neque facilius inde μόρ-σ-ι-μο- derivari potuit. Quod enim supra de κέρ-σ-ί-μο- commemoravimus, hoc idem cadit in μόρ-σ-ι-μο-, atque de hoc multo magis valet. Cum enim lex illa inde a priscis temporibus ita laedi coepta sit, ut pro -α- substantiva a stirpibus bisyllabis orta ut ἄγερ-σι- (cfr. ἄγαρρι-), ἐπάγερ-σι-, εἰςάγγελ-σι-, προάγγελ-σι- -ε- praebere soleant stirpesque monosyllabae ex parte velut πάμφθερ-σι- (cfr. διάφθαρ-σι-), ἔρ-σι- (rad. ἑρ-, ἐρ-), δίερ-σι-, ἔνερ-σι- (cfr. ἄρ-σὶ- ab αἴρειν) ea sequantur, formam μόρ-σι- aut simile quidquam nusquam inveniemus. Quae causa fuit, cur alia quaedam huius vocis originis explanandae ratio quaereretur, cuius auctor est Eustathius p. 1254. 22. Vult enim μόρ-σ-ι-μο- ductum esse a II. pers. perf. pass. *μέμορσαι, quam formam sententiae suae gratia ementitur. Hanc rationem et quaesitam et falsam non tam Eustathium exprompsisse quam homines doctos nostrae aetatis Dindorfium, Rostum (in lexico Passovii), Lobeckium (path. prol. p. 166) decantasse permirum est. Forma autem illa neque exstat, neque eam fingi licet; ut enim a δέρειν—δεδαρμένο- (Herodot. VII. 70.), δεδάρθαι- (Sol. frg. 33. 7.), a σπείρειν—ἔσπαρται (Herod.), α φθείρειν ἔφθαρμαι (Aeschyl.), a στέλλειν—ἔσταλμαι (cfr. Curtii Verb. II. p. 220.) ortum est, ita a μερ-, quae est radix verbi μείρεσθαῖ et substantivi μόρο- (cfr. Grdz. p. 331.), nisi perfecti formas *μέμαρ-μαι-, *μέ-μαρ-σαι-, *μέ-μαρ-ται- etc. duci non licuit atque eo profecto formae εἵ-μαρ-ται, εἵ-μαρ-το (Hom.), εἱ-μαρ-μένη- (Plat.) revocanda sunt (cfr. Curtii Verb. II. 131.); μεμορμένο- autem (Apoll. Rhod. III. 1130., Plut. Mar. 39,) sique quid simile

a grammaticis commemoratur, falso et, nisi fallor, ad similitudinem formarum a μορεῖν profectarum, velut μεμόρηται (Apoll. Rhod. I. 646.), fictum est neque omnino propter ipsam aetatem cum antiquissimo illo adiectivo μόρ-σ-ι-μο- coniungi potest. Verum enim vero fac * μέμορσαι esse formam legitimam, ne tum quidem illa sententia probari potest. Neque enim si -σ- illud esset temporis nota, ut in futuro et aoristo, tam ea esset absurda; nunc autem quoniam est pronomen secundae personae, quid in nomine significationis cuiusdam universae et a certa persona prorsus alienae sibi velit, ab intellegentia mea sensuque longissime disiunctum est. Ac ne longus sim, Curtius, vir doctissimus, iam dudum totam hanc antiquorum grammaticorum rationem nomina ad certas verbi formas referendi reiecit reiectamque condemnavit; cfr. imprimis de nom. Gr. form. p. 17. Quamquam fortasse quispiam μόρ-σ-ι-μο- a μορτή- derivatum esse dixerit; atque profecto hoc Lobeckium effugisse videtur, qui (path. prol. p. 165.) variis huiusmodi derivationibus excussis ad extremum θνή-σ-ι-μο-, θανά-σ-ι-μο-, μεταβλή-σ-ι-μο-, alia a θνητό-, θάνατο-, μετάβλητο- oriunda esse velit novoque hoc fonte aperto utrum ἐνδό-σ-ι-μο-, ἀποθέ-σ-ι-μο-, ἀφέ-σ-ι-μο- ad ἔνδο-σί-, ἀπόθε-σι-, ἄφε-σι- an ad ἔνδοτο-, ἀπόθετο-, ἄφετο- revocanda sint, ipse nesciat; atque hoc quidem fere fit, res ubi via caret et ratione. — Illud autem μορτή- (pars terrae fructuum) et ἐπίμορτο- (huius partis particeps) Pollux ex Solone affert, et quoniam nisi de rebus agrariis non usurpari videtur, utramque vocem eodem modo ab ipso Solone demum fictam esse puto, quo apud Callimachum (frg. 271.) et Hesychium adiectivum certe novum μορτό- pro Homerico illo βροτό- invenitur. Verum utcunque se res habet, ab Homero μορτή-, pro quo ille μοῖρα- utatur, alienum est. Iam si quis μόρ-σ-ι-μο- a μορτή- derivatum esse vult, is μόρ-ι-μο- ad μόρο- referat necesse est; at a duobus nominibus cognatis illis quidem sed variis suffixis formatis, quae insuper usu multum inter se differant, duo adiectiva eiusdem significationis per idem suffixum derivata esse, permirum est; tantum enim abest, ut hanc formae varietatem, quam praebeant μόρ-ι-μο- et μόρ-σ-ι-μο-, in loquentium consilio positam esse credam, ut nisi per elementorum pathologiam lumen ei afferri non posse persuasum habeam. Accedit quod, si quis μόρ-σ-ι-μο-, θνή-σ-ι-μο-, θανά-σ-ι-μο- ex μορτή-, θνη-τό-, θάνα-το- evasisse putat, ei hoc -σ- ex -τ- profectum esse demonstrandum est; usitata enim haec mutatio et saepissime a Graecis neglecta est (cfr. suffixum τικό-, cfr. Curtii Grdz. p. 430., G. Meyeri Gr. Gram. p. 255., Lob. ad. Phrynich. p. 505.) neque ex nostris adiectivis ullo exemplo certo confirmatur; immo vero ut omittam νόσ-τ-ι-μο-, νήσ-τ-ι-μο-, Νύκ-τ-ι-μο-, Herodotus, Xenophon, Plato, Aristoteles, Theocritus, alii semper πό-τ-ι-μο- dicunt, πό-σ-ι-μο- nunquam; nam πό-σ-ι-μο-

lexicographi illi quidem afferunt, sed ubi inveniatur tacent; si autem Tzetzes dicit ἑτεροπόσιμο-, quin haec forma non per elementorum pathologiam ex πότιμο- provenerit, sed ad substantivum πόσι- ceteraque adiectiva in -σ-ι-μο- cadentia accommodata sit, dubium non est. Quae cum ita sint, hoc subsidium tenuissimum et ipsum parvo horum adiectivorum numero conveniens probare nequeo et Pottium, qui (Wrzw. I. p. 742.) μόρ-σ-ι-μο-, θανά-σ-ι-μο-, ὀφέλ-σ-ι-μο- eodem suffixo censeat formata esse, sequor. Itaque quod iam antea ex significatione et ex eo, quod pro -σ-ι-μο- nunquam -σε-ι-μο- apparet, non esse priorem huius terminationis partem suffixum illud usitatissimum -τι- vel -σι-, cui ad haec adiectiva formanda -μο- vel -ι-μο- affixum esset, conclusimus, id nobis hac disputatione satis comprobasse videmur.

β) Quid valeat hoc -σ-.

Quare quoniam hoc -σ- non esse derivationis signum cognovimus, una quid tandem sit, manifestum est. Sequitur enim, non pertinere hanc literam ad suffixum sed ad nominis stirpem esseque haec adiectiva eodem suffixo formata, quo adiectiva in -ιμο- cadentia. Rectissime igitur Curtius (de nom. Gr. form. p. 18.) φύξ-ι-μο- ex radice φυγ- litera -σ- amplificata per suffixum -ι-μο- ortum esse coniecit. Quis tandem μόρ-ι-μο- a μόρ-σ-ι-μο-, τόρκ-ι-μο- a τρόκ-σ-ι-μ-ο- (= τρόξιμο- cfr. p. 55.), cum nisi hoc additamento inter se non differant, separabit, quis alio suffixo Orphicum illud ὀφέλ-σ-ι-μο-, alio Neograecum ὀφέλ-ι-μο- formatum esse dicet, quis formae πλόκ-ί-μο- memor ad explanandum illud Transpadanorum plox-i-mo- formam πλόξι- (pro πλέξι-), quae nullo modo cogitari possit, ementietur? Attamen hoc fecit Salmasius ad Jul. Capitol. Ant. P. p. 74. C.: „Itali transpadani ploximum vocabant (scil. capsum). Catullus: gingivas ploximi habet veteris; vix tamen eripi mihi potest, quin haec vox mere Graeca sit: πλόξις πλόξιμον ut τρῶξις τρώξιμον, ἄροσις ἀρόσιμον.“ — Quis denique est, qui substantivum πλῶσι- desideret, unde Sophocleum illud πλώ-σ-ι-μο- hoc tantummodo -σ- ab usitato πλώ-ϊ-μο- diversum derivare possit? Nunc quoniam infixam stirpi esse literam -σ- constat, non iam ad Θηρασία-, insulae nomen, aut ad βίωσι- Novi Testamenti confugiamus oportet, Aeschyleumque illud θηρά-σ-ι-μο- et Sophocleum βιώ-σ-ι-μο- sui iuris vel primitiva esse confitendum est; non igitur vel optimos Graecorum auctores adiectiva praebere mirabimur, quibus aut omnino nulla aut novissima substantiva respondeant. Iam si quis αἰδέ-σ-ι-μο- (Lucian.), ἀρό-σ-ι-μο- (Theophr.), πτή-σ-ι-μο- (Julian.) ab αἴδε-σι-, ἄρο-σι-, πτῆ-σι- derivata esse censebit, cur apud Orphicos exstet αἰδή-σ-ι-μο-,

cur Sophocles dixerit ἀρώ-σ-ἰ-μο-, cur Aristophanes ἐκπετή-σ-ι-μο-, horum substantivorum forma nixus causam probabilem afferre non poterit; at poterit, si nobiscum haec adiectiva ab his vinculis liberaverit, eodemque iure et αἰδή-σ-ι-μο-, ἀρώ-σ-ι-μο-, ἐκπετή-σ-ι-μο- et αἰδέ-σ-ἰ-μο-, ἀρό-σ-ι-μο-, πτή-σ-ι-μο- dici posse, quo inveniatur et ἄρωματ-, πετη-νό- et ἄρομαт-, πτη-νό-, defendet. Denique quod verborum derivatorum eorumque, quae vocali thematica carent, vocalis finalis, cum ante -σ-ι-μο- produci soleat, haud raro tamen non mutatur, id in lege universa nominum Graecorum formationis positum est; quare quoniam eandem nomina cum aliis suffixis tum -σι- suffixo formata sequi solent, exstitit ea, de qua diximus, horum adiectivorum cum illis formae similitudo.

Verum haec quidem hactenus; redeamus ad -σ- illud. Etenim quod supra adiectiva in -ι-μο- cadentia ratione et a principio a substantivorum suffixo -μο- fictorum forma non differre demonstravimus, idem hoc, quoniam -σ- ad verbi stirpem non ad suffixum pertinet, in haec adiectiva cadit. Iam vero si idem additamentum in illis substantivis apparere meminerimus, quaenam inter utraque intercedat propinquitas conspicua etiam magis nobis liquebit. Namque ut adiectiva, quorum verborum stirpes in vocalem exeunt, finem -σ-ι-μο- praebere solent, ita et in ipsis substantivis hoc -σ- aut -ϑ- inter verbi vocalem aut productam aut non productam et suffixum -μο- (-ματ-) perpaucis exemplis exceptis apparet: ἀκε-σ-μό- — ἀκέ-σ-ι-μο-, ἄκου-σ-ματ- — ἀκού-σ-ι-μο-, ἀμβλω-σ-μό- — ἀμβλώ-σ-ι-μο-, βα-σ-μό-, βα-ϑ-μό- — βά-σ-ἰ-μο-, ἀναβα-σ-μό- — ἀναβά-σ-ι-μο-, γέλα-σ-ματ- — γελά-σ-ι-μο-, ἀφε-σ-μό- — ἀφέ-σ-ι-μο-, ἐρυ-σ-μό- — ἐρύ-σ-ι-μο-, ϑε-σ-μό- — ἀποϑέ-σ-ι-μο-, ἱλα-σ-μό — ἱλά-σ-ι-μο-, πέτα-σ-ματ- — πετά-σ-ι-μο-, διασπα-σ-μό- — διασπά-σ-ι-μο-, λευ-σ-μό- — λεύ-σ-ι-μο-, περα-σ-μό- — περά-σ-ι-μο-, χρη-σ-μό- — χρή-σ-ι-μο-, χρῖ-σ-ματ- (χρῖ-ματ-) — χρί-σ-ι-μο-. Accedunt πλυ-σ-μό- — πλύ-σ-ι-μο-, φά-σ-ματ- — φά-σ-ι-μο-, in quibus -ν- illo eliso idem -σ- apparet. Neque vero lingua Lituanica aut Lettica, cum saepius eas huius suffixi usu ad Graecam proxime accedere cognoverimus, ab hac re aliena est; itaque in lingua Lituanica ante -ma- hoc -s- exhibent ea potissimum substantiva, quorum stirpes in k, g, exeunt†) velut vèrk-s-ma- (fletus, a vèrk-ti-), vàlk-s-ma- (instrumentum piscatorium, a valk-, vìlk-ti-), trànk-s-ma- (turbatio, a trank-, trènk-ti-), rěk-s-ma- (clamor, a rěk-ti-, rak-), dźaúg-s-ma- (gaudium, a dzug-); cfr. Schleicheri Lit. Gram. I. p. 129. In lingua Lettica hoc -s- ante -me- apparet, velut in weʼr-s-me-††(fervor, a war-), tweʼr-s-me- (adminiculum, cfr. tweʼr-t ca-

†) cfr. φύξ-ι-μο- (Hom.) etc.
††) cfr. μόρ-σ-ι-μο- (Hom.), κέρ-σ-ι-μο- etc.

pere); cfr. Bielensteini Lett. Spr. I. p. 301. Quamvis igitur haec adiectiva -ι- illo irrationali a substantivis a principio aeque formatis alienata sint, tamen communi utrorumque origine servata et haec et illa eodem -σ- amplificata esse videmus. Hoc autem ipso additamento nostra, quam de -ι- illo suffixi -ι-μο- exposuimus, sententia mirum in modum confirmatur. Quod imprimis valet de formis illis Homericis μόϱ-ι-μο- et μόϱ-σ-ὶ-μο-; ex enim iis, quae supra de utriusque origine disputavimus, μόϱ-σ-ι-μο- non aliunde derivatum sed per -σ- illud radicem determinans (Wurzeldeterminativ, ut G. Curtii verbo utar,) ex μόϱ-ι-μο- profectum esse apparet. Sin autem μόϱ-ί-μο- a μόϱο- derivatum esset, nunquam hoc additamento ut ab origine alienaretur, futurum fuisse consentaneum est. Quae cum ita sint, ne μόϱ-σ-ι-μο- quidem esse adiectivum derivatum, atque -ι- illud esse eam, quam diximus, vocalem irrationalem liquet. Cum autem μόϱ-ι-μο-, μόϱ-σ-ί-μο- comparari possunt κέλευ-ματ-, κέλευ-σ-ματ-, ϑέ-ματ- ϑε-σ-μό-, fortasse melius etiam ποϱ-ίζ-ω, ποϱ-σ-αίνω = *ποϱ-σ-αν-jω, ποϱ-σ-ύν-ω ab eodem πόϱο- orta (cfr. *καλλο- καλλ-ύν-ω, μῆκες- μηκ-ύν-ω); denique idem -s- ante eandem vocalem irrationalem saepius praebent nomina Latina et Thiudisca suffixo -lo-, -la- formata: aug-s-i-l-io- (auxilio-) ab *aug-s-u-lo- ortum (augere), fig-s-u-la- (fixula, figere), ag-s-i-l-la-, (axilla, agere), mac-s-i-l-la- (maxilla, μάσσω, mac-erare, cfr. mac-e-l-lo-) pac-s-i-l-lo- (paxillo-, pac-to-), ton-s-i-l-la- (τείνειν, τόνο-, tono-), veh-s-i-l-lo- (vexillo-, vehere), in quibus ante suffixum deminutivum -lo-, -la- suffixi primarii elisa vocali -o-, -a- solum -l- illud reliquum est; formis autem illis ag-s-i-l-la-, mac-s-i-l-la-, ton-s-i-l-la- vel potius quae illis subiectae sunt *ag-s-i-la- (a(x)la), *mac-s-i-la- (ma(x)la), *ton-s-i-l-a- (cfr. to(ns)les) respondent nostra illa vernacula: Ach-s-e-l, Gemeng-s-e-l, Dün-s-e-l, (Du-s-e-l). Cfr. Osthoffii Forsch. I. p. 190. sqq.

MEMORABILIA.